Le nom de heros qui en impose tant à l'univers ne réveille que des idées desolantes dans l'âme du sage; il voit la force et le genie enfanter le malheur, et il verse des larmes à l'aspect de cette gloire qui brille comme la foudre et devore comme elle. A consulter l'histoire des Empires, qu'est ce en effet que l'héroïsme? Le fléau du monde. Des villes embrasées, des provinces ravagées, des Royaumes envahis, la terre couverte d'homicides, souillée par tous les crimes, et au milieu de ces excès des peuples abusés qui encensent ce qu'ils abhorrent: voila les fastes des conquerants. Des préjugés aveugles prodiguent l'admiration aux ennemis du genre humain. C'est sur un fleuve de sang que ces héros fameux sont portés au temple de la gloire; c'est sur les cyprès funebres dont ils ont jonché la terre qu'on va cueillir leurs couronnes d'immortalité. Si j'avais à célébrer de tels triomphateurs, un champ de bataille ou les débris fumants d'une ville réduite en cendres seraient un Théâtre convenable à mon sujet. Là je dirais aux âmes sanguinaires et aux coeurs inhumains d'écouter mes accents. L'image de la destruction, les cris aigus des blessés, les soupirs des mourants, la joie atroce des vainqueurs m'inspireraient une éloquence digne de mes héros. J'offrirais à ces meurtriers immortels l'encens qui leur est du; je proportionerais mes éloges à leur fureur; et la couronne dont je ceindrais leur front, incapable de pâlir, serait teinte de sang.

C'est un grand malheur de n'être appuyé que sur le mérite d'autrui: les bâtiments soutenus par des colonnes tombent desque celles-ci sont retirées. Soyez brave guerrier, bon juge, tuteur fidèle. Si l'on vous cite pour temoin dans un fait douteux, dites la verité, n'hésitez pas. Oui, dites-la quand Phalaris, près de vous faire jetter dans son taureau, vous dicterait un parjure. Regardez comme le plus grand de tous les crimes de préferer la vie à l'honneur et par trop d'amour pour la vie de perdre ce qui seul en fait tout le prix. Que les loix soient sacrées pour vous; gardez inviolablement les ordres que la République vous envoye. Si rien n'est capable de vous corrompre dans l'administration de la justice, si vous tenez une conduite sans tache; alors voyez de quels héros il vous plait de descendre, je vous le permets; mais si l'avarice et l'ambition vous aveuglent, si vous vous plaisez à voir les bourreaux lassés à force de trancher les têtes, tous vos ayeux déposent alors contre vous: leur mérite éclatant est une espèce de flambeau qui fait découvrir votre ignominie. Plus un homme a de la naissance, plus il est élevé en dignité et plus le crime qu'il commet est énorme.

Qu'est-ce que cette gloire que la plupart des mortels se demandent et se donnent les uns aux autres? Où la prendre cette gloire? Comme les poëtes, la ferons nous descendre du ciel ou venir de quelque coin de la terre? Non. Elle est au dedans de nous, oui dans l'intérieur de l'homme, non pas de l'homme à qui elle appartient, mais dans vous est celle d'autrui et dans autrui est la vôtre. Voila sa retraite, c'est laquelle se cache, c'est de là qu'il faut la tirer. Osez pénétrer dans le sanctuaire de l'esprit humain, et portez-y avec moi vos regards les plus perçans. Les âmes des hommes vous paraîtront les unes pour les autres telles que des miroirs qui rassemblent les rayons de tous les objets extérieurs, les traits de la vertu surtout, entassent les vertus communes, séparent les plus frappantes qu'elles conservent profondément et qu'elles défendent de l'oubli par le cortège des sentiments affectueux dont elles les entourent. Vous reconnaissez, je m'imagine, la gloire qui n'est qu'une image singulière de nous et de nos rares qualités empreinte par des traits plus lumineux dans le souvenir public afin d'y être gardée plus fidèlement. C'est là ce fantôme enchanteur après lequel tant de monde soupire, que personne ne dédaigne, ni ne peut mépriser sans s'outrager soi même et les autres; c'est là cette récompense qui malgré son incertitude se fait acheter par des dangers très certains, et souvent aux dépens de la vie, récompense que nous tenons à honneur d'ambitionner et d'accorder préférablement à toutes les autres, récompense en un mot dont la prééminence est avouée de tous les gens de bien et serait vainement contestée par les méchants.

Qu'est ce qu'un grand homme? c'est celui qui suppléant par sa gloire à la grandeur que la nature nous a refusée, laisse bien au dessous de lui la multitude et passe de beaucoup les limites de sa famille et les bornes de la vie. Quel est celui qu'on doit compter parmi les plus grands hommes? Celui-là sans doute qui surmontant le niveau du vulgaire, mais la portée humaine, remplissant non l'étendue de quelques climats, mais la plus grande partie de l'univers, non la mesure de quelques siècles, mais tous les espaces de l'avenir, atteint depuis ses concitoyens jusqu'aux nations les plus reculées, depuis ses contemporains jusqu'à la dernière postérité

et par la majesté qu'il s'est acquise approche de la divinité. Qu'est-ce qu'un homme illustre? N'est-ce pas celui dont la gloire a pris son essor non du coin sombre de ses pénates, mais du lieu le plus éclairé de sa patrie. Quel est celui qu'il faut mettre au nombre des plus illustres? Celui sans contredit dont la gloire secondée non du caprice d'une poignée de monde, mais du suffrage de tout l'Etat et du zèle de chaque Citoyen, a éclaté et pour ainsi dire embrasé l'univers de ses feux; en un mot celui que la célébrité a décoré.

Il est doux d'avoir mérité de la gloire, il l'est encore plus d'en avoir obtenu, bien entendu si l'on s'en aperçoit. Ne savoir pas ce qu'on obtient c'est comme de n'obtenir pas. Pourque la gloire fasse elle doit faire impression, il ne suffit pas qu'elle s'échappe du fond de la conscience où elle était entrée, ni qu'elle voltige de bouche en bouche, de théâtre en théâtre il faut encore qu'elle revienne à celui dont elle était provenue d'instrument tel qu'elle n'est point inutile à son auteur et fort semblable à la flamme qui se perd si on ne la reverbère vers son foyer. Ce qui nous produit ce sentiment intime de notre gloire, ce sont les hommages qui s'adressent à nous présents et ils nous le produisent avec d'autant plus de plénitude qu'ils portent mieux le caractère de la célébrité. Il est agréable quand on passe d'être montré au doigt, ne fut-ce que par un petit nombre de personnes et des entendre dire, c'est lui qui a si bien combattu, qui est monté le premier à la brèche, c'est lui qui a dernièrement engagé la ville par l'urbanité de ses ouvrages, qui a enrichi les arts de plusieurs découvertes importantes; mais ce plaisir est plus propre à chatouiller qu'à pénétrer: autrement quand on entend non pas une voix, mais un concert de mille voix qui répètent les mêmes éloges, quand une multitude de vous applaudit, vous félicite, ou vous couvre par des monuments, avant votre mort, les portes de l'immortalité, Oh! que ces fruits sont agréables, j'oserais dire plus agréables que la vertu, d'autant plus désirés que la gloire même qui les produit.

On aime à revoir les lieux qu'on a habité dans son enfance : une ancienne habitude y fait trouver des charmes qu'on ne goute point ailleurs ; et c'est ce qu'éprouve l'homme d'études en rentrant comme dans sa patrie, c'est à dire dans la Republique des lettres où il est né, où il a été élevé, et où il a passé les plus belles années de sa vie. Il croit rajeunir en quelque maniere, il croit voir renaître ces jours précieux, ces jours irréparables de la jeunesse ; et si l'on a écrit que Scipion et Lelius, lorsqu'ils pouvaient s'échapper, ou pour me servir des termes de Ciceron, s'envoler de la ville à la campagne, semblaient y retrouver non seulement leur jeunesse, mais leur enfance ; l'homme de lettres doit-il rougir de retourner à cet âge, non en ramassant sur le bord de la mer ces coquillages et ces autres jeux de la nature qui amusaient le loisir du Vainqueur de Carthage et de Numance, mais dans la compagnie des Muses, en recueillant quelques étincelles de ce feu divin dont étaient remplis les anciens, ces grandes lumieres de l'Eloquence et de la poësie, ces arbitres du bon goût et de la plus saine critique, qui nous serviront à jamais de guides et de modeles.

La ville de Genes était assiégée ; le Senat allait établir des impots ; le jour qu'il devait s'assembler pour en concerter l'édit, un noble, vraiment noble digne de l'immortalité, le sénateur Grillo joncha l'Antichambre du Conseil de morceaux de corde de deux pieds de longueur. La déliberation entamée, on lui demanda avec étonnement ce que signifiaient ces cordes : pour pendre ce peuple, dit-il, qui depuis qu'il a pris les armes a quitté son travail et son salaire journalier pour vous sauver. Ne vaut-il pas mieux le pendre que de le reduire au désespoir ? Mais il faut de l'argent, dit le Senat ; où le prendre ? Où il est, repond le protecteur du peuple. A l'instant ouvrant les portes du palais, il fait entrer des gens chargés de cinq cent mille livres en espèces, qu'ils répandent sur le parquet. Exemple trop beau pour qu'il ne fut pas suivi !

Thème du Concours Général des Ecoles Centrales

4 thermidor an 12.

52

Voyez-vous ces vastes forêts, qui paraissent aussi anciennes que le monde ? Les arbres s'enfoncent dans la terre par leurs racines, comme leurs branches s'élèvent vers le ciel. L'été, ces rameaux nous protègent de leur ombre contre les rayons du Soleil. En hiver, ils nourrissent la flamme qui conserve en nous la chaleur naturelle. Leur bois n'est pas seulement utile pour le feu ; c'est une matière douce, quoique solide et durable, à laquelle la main de l'homme donne sans peine toutes les formes qu'il lui plaît, pour les plus grands ouvrages de l'architecture et de la navigation. De plus, les arbres fruitiers en penchant leurs rameaux ~~les~~ vers la terre, semblent offrir leurs fruits à l'homme. Les arbres et les plantes, en laissant tomber leurs fruits ou leurs graines, se préparent autour d'eux une nombreuse postérité. La plus faible plante, le moindre légume contient en petit volume, dans une graine, le germe de tout ce qui se déploye dans les plus hautes plantes et dans les plus grands arbres. La terre qui ne change jamais fait tous ces changements dans son sein

Devoirs Donnés en troisieme

Au Collége de Louis le Grand

L'année 1788 et 89

Partie Des Versions.

Latines.

63

Ita comparati sunt a natura plerique homines, ac praesertim adolescentes, ut a jocis ad seria non libenter, nec repente se se conferant. Suadere igitur prudentia videtur, ut suo munere per gradus et quasi aliud agendo fungantur, quibus illos ad haec reducendi cura incumbit. Quam ego rationem hodie vobiscum sequor, adolescentes optimi, qui meam in disciplinam traditi, annum academicum auspicamini. Itaque vobis affero narratiunculam ex illarum genere, quae risum movent, et prudenti vitam consilio monent, eoque duplici nomine doctis pariter et indoctis, viris et mulieribus, senibus et pueris gratae et jucundae solent esse: quid multa? fabellam. Cum autem in ea loquantur animalia duo quae vitam rure degunt, formica nempe et cicada; fucum vobis innocenti dolo saltem aliquandiu faciam; et quamvis in Gymnasium regressis, imo et in scholâ conclusis licebit existimare vos etiamnunc in iis agris versari, ad quos dum inde abscederetis humidos quibusdam lacrymulis oculos vestrûm fortasse nonnulli reflexerunt. Sed ne vos morer diutius, ad rem venio. Jam aderat mensis ille qui spes et vota agricolae aut implet aut decipit. Jam impigra messorum manus acutis instructa falculis, segetes auratas, pretiosa cereris benignae dona, certatim humi prosternebat. Hic enim verò futuri provida quae sedem in agro quodam feraci et cultissimo delegerat formica sibi non defuit. Quin et cicadam ejusdem agri forte incolam in partem laboris et fructûs vocavit; age, inquit, soror, gentem humanam imitatae frumentum et ipsae colligamus: nimirum adventat ~~hyems~~ hyems: adversus tempestatis istius inclementiam subsidia nobis, dum patitur serenitas aëris, comparemus, nostraque horrea compleamus, cui cicada, cras, ait cras. Iubet hodie mihi taedium cantu fallere. Crastinâ antemdie, cum impenderet pluvia suisque frugibus timeret agricola, cum messoribus deiisdem condendis egit. Quo audito, cicadam formica ad laborem acrius

excitare, jam nullum morae locum esse, tempus instare. Cras. tempus enim elabitur non rediturum. Cras meâ illud resarciam industriâ. Ast istud cras quis tibi spopondit? Sine me cantare otiosam: Vin' me caelo tam sereno tacere? Cantat ergo cicada; tum cursu et cantu fatigata obdormiscit. Ecce autem noctu frumentum omne comportatur in horreum. Cras autem experrecta a somno cicada; quàm forent sapientiâ, quàm utilia formicae consilia serius intellexit. Mox enim sudum tempus avolat, cujus in locum succedit hyems aspera: quid tum de cicadâ factum fuerit, nemo vestrum non praesentit; quae sapientibus monitis saepius iteratis obsurduerat, quae exemplum utile sequi fastidierat, hinc miserè fuit pereundum. Et verò periit dum formica dulces laboris assidui fructus placide perciperet. Quod si mihi res esset cum iis adolescentibus, qui naturam fuissent experti novercam, quique magis essent a litterarum studiis removendi quàm ad eadem invitandi; tum verò singulis fabellae hujus partibus explicandis immorarer at felicius agi mecum laetus agnosco. Eos quippe alloquor juvenes, quorum alii quidem lauros academicas sudore suo aspersas messuerunt, aut certè adeas proximè accesserunt; alios verò licet viribus et successibus impares me juvat confidere non esse talibus condiscipulis indignos. Quid igitur mihi faciendum superest? hoc unum, ni fallor, cohortandi estis mihi ut praecepta sub fabulae hujus velo latentia vobis accommodetis. Quâ ratione acerbis et inutilibus quae vertente anno quoque adolescentes benè multos augunt,

Desideriis causam omnem praecidetis; et cum vestris parentibus vestris magistris, omnibusque viris sapientibus, tum praecipuè vobismet ipsis, quod equidem duco gravissimum, placebitis

Lampsacum statuerat alexander, quod Lampscaceni Persis studerent, funditus evertere; jamque erat in procinctu furore incitatissimus, cum eum a suis municipibus missus est anaximenes magni illius alexandri praeceptor, ut culpam deprecaretur. Quo Rex cognito, in iracundia persistens, juravit se anaximenis precibus omnia contraria facturum. At egregius orator furentem juvenis animum subdole mitigans, non veni, inquit, alexander, ut putas, deprecator culpae, sed author justitiae. inique egerunt Lampscaceni; Rei sunt majestatis. hoc igitur a te postulo, ut eorum uxores et liberos sub coronâ vendas; templa incendas, urbem in plana submittas. Alexander qui se praeceptoris petitioni adversaturum per omnia dixerat, sensit se captum, et subridens omnia condonavit.

Solonis aemulus extitit Pisistratus, varia tamen eloquentiae genere. Illius gravis, austera, et plerumque horribilis oratio: hujus suavis et amoena dictio: ille frangere studebat animos: hic mollire. ille vasto impetu irrumpebat in animos, hic sensim et lenitea ~~irrumpebat~~ irrepebat. ille vase fictili panaceae succum, hic poculo melleis favis oblito propinabat venenum. ille secare et urere profitebatur, ut sanaret; hic soporabat, ut jugularet. ille veluti fuscinâ armatus irruebat; hic aureo reti piscabatur. ad summum tantum dicendo valuisse fertur, ut athenienses illi regium imperium, oratione capti, permitterent, cum amantissimus

patriae Solon contra interetur. Sed alterius Salubriores erant conciones, alterius disertiores. unde evenit, ut alioqui prudentissima civitas, Libertatem Servituti postponeret.

Plato Dicendi majestate assurrexit supra id omne quod humanum est. is est in cujus ore mellificarunt apes, cecinerunt Luscinia, Suada sessitavit. Parum est quod dico: Jupiter si Graece loqui voluisset, Platonis ore locutus fuisset. atque, ut ille, in coeli sedens vertice, deos deasque omnes ecatenâ aureâ pendentes ad se nullo negotio vel reluctantes pertrahit; ita ic profecto quotquot fuerunt oratores, quotquot Sentiendi Dicendique magistri Sapientiâ, gravitate, prudentiâ et Suavitate superavit. Genus dicendi sublime, excelsum, admirabile. aquilam diceres, quae supra nives, pluvias et grandines, supra nubes et tonitrua, et supra id omne quod mortale est pennarum remigiis erecta, in illo puriori aethere suspensa conquiescit, et nunc solem defixis intuetur oculis, nunc ad Jovis alludit fulmina. ratio Dicendi facunda, dulcis, amoena, veneribus depluens. flumen lacteum diceres labi sine murmure et tuas aures, intima pectora suaviter inundare. Salve igitur, heros: quem vulgari ore laudare pene piaculum est. inte, quod in deorum simulachris altitudo facit eloquentiae: quorum ubi capita floribus redimiri non possunt, corona statuitur ad pedes. tucum tuarum virtutum majestate omne fastigium humanum excesseris, patere tibi corollasistas et flosculos ad pedes fundi; vel potius nos impresso ori digito, silere et mirari.

1ere version de composition

est historiæ vis admirabilis, ex qua efficitur, ut unius hominis mens, ex omnium mentium et sæculorum perfectione in unum sapientiæ acervum coalescere videatur. quid divinius quam omnia nosse? quam disjunctissimas regiones, velocissimi syderis more lustrare? quam omnium ætatum memoriam, res gestas, facta exempla percensere? quam imperiorum ortus, progressus, vicissitudines, decursus, exitus, uno mentis aspectu contemplari? quid illustrius quam regendi militandique disciplinam, clarissimarum virtutum effigies in unam veluti tabulam congestas inspicere, præterita cum præsentibus comparare, alieno damno sapere, salutaria inde præcepta ad omnem vitæ culturam decerpere. non immeritò omni humano generi Benefacere dicta est historia.

l'histoire a une proprieté bien digne d'admiration; par elle l'esprit d'un seul homme rassemblant tout ce qu'il y a d'eu de parfait dans tous les hommes et dans tous les ages qui l'ont precedés, s'en forme comme un seul et meme corps de sagesse. est il rien au monde qui rapproche plus l'homme de la divinité que de connoitre tout que de parcourir avec la rapidité d'une planette les pays les plus eloignés, que de passer en revue ce qui est arrivé de memorables dans tous les siecles. grands evenemens telles actions exemples frappans, que d'envisager d'un coup d'oeil l'ancienne les revolutions la decadence, la fin des empires. est il rien de plus beau que de voir les principes de la politique et de la guerre. et les traits des plus briantes vertus reunis comme en un seul tableau. que de comparer les pays avec

le present, de devenir sage aux depens d'autruy et de tirer de l'histoire des leçons salutaires pour bien regler toute sa vie, ou celuy qui le premier appella l'histoire la bienfaitrice commune du genre humain, avoit bien raison.

---

theophrasto nomen dedit loquendi divinitas, cum antea tirtamus vocaretur. hic in aristotelis sinu educatus ingenio acri, veloci, et planè igneô, ad eam gloriam effloruit, ut non sine causa â tullio philosophorum eruditissimus et elegantissimus fuerit appellatus. quippe cum magno praeceptori successisset magnus et extra omnem ingenii aleam discipulus ad duo auditorum millia habuit totius graeciae frequentissimo concursu celebratus. atque inter has eloquentiae laureas vir facundissimi oris consenuit, et cum annum octogesimum excessisset, moriens tamen accusasse naturam dicitur quod cervis et cornicibus diuturnam vitam, quorum id nihil interesset hominibus quorum maximè interfuisset, tam exiguam dedisset. tum conversus ad discipulos in vita plus esse dixit vanitatis quam utilitatis amore autem gloriae nihil esse inanius. atque inter haec verba animam exhalavit, pulcherrimè si quando alias philosophatus. praecipuè in exprimendis effingendisque hominum moribus pollet dexteritate quadam singulari unde theophrasto delectatus est tullius ut eum amicum suum et delicias nominaret. cum oris adeò rotundi esset et planè attici sapuit tamen pronunciatio aliquid peregrinum. itaque cum percontaretur ex anicula quadam, quanti

aliquid venderet et respondisset illa hospes non possum
minoris. tulit molesta se non posse effugere hospitis speciem
cum etatem ageret athenis optime que loqueretur 67

philosophorum philiuntem ferunt venisse, eumque cum leucippe principe philosophorum
docte et copiose disseruisse quendam, cujus ingenium et eloquentiam cum admiratus esset
leo quesisse eum qua maxime arte confideret et illum artem artem quidem se scire
nullam sed esse philosophum admiratum leontem novitatem nominis quesisse quinam
essent philosophi et quid inter eos et reliquos interesset; philiagoram autem res pondere
similem sibi videri vitam hominum et mercatum cum qui haberetur maximo ludorum
apparatu, totius grecie celebritate. nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et
nobilitatem coronas peterent, alii emendi aut vendendi questu et lucro mercentur: esse
autem quosdam eorum, ideque vel maximo ingenio qui nec gloriam nec lucrum
horum quererent sed visendi causa venirent studioseque perspicerent quid ageretur,
et quo modo. item nos quasi in mercatu quendam celebritatem ex urbe aliqua sic in
hac vitam ex alia vita et natura profectos. alios gloriae, alios pecuniae: paucissimos
quosdam qui ceteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturam studiose intuerentur: hos
se appellare sapientiae studiosos, id est enim philosophos: et ut illis liberalissimum esset
spectare, nihil sibi acquirentem, sic in vita longe omnibus studiis contemplationem rerum
et cognitionem esse prestare.

favorinus philosophus ad obscuti veterum verborum cupidissimus et feras quasi voces minus priscas
et cognitissimas in quotidianis communibusque sermonibus promiscue usurpatas insectatur et
fabricius et cornelius antiquissimi viri retorti et his antiquiores horatii illi trigemini
plautus dicuidem cum suis fabulis dicunt, neque eorum aut ennianorum aut
pelasgorum qui primi in italiam venisse italiam dicuntur sed etatis sue verbis locuti sunt.
in eadem prorsus quasi cum matre evadere nunc loquare, sermone abhinc
multis annis jam desito utaris; quod scire atque intelligere nemini est vis
quemquam, non ne homo inepte, id quod vis abunde consequaris tacere?
sed antiquitatem tibi placere aiis quod honesta et bona et sobria et modesta
sit. vere ergo moribus preteritis loquere verbis presentibus atque id
quod a catone cesare excellentis ingenii et prudentie viro scriptum
est habe semper in memoria atque in pectore et tanquam
scopulum sic fugias inauditum atque insolens verbum.

minimum profecto hominem quem tot beneficiis deo optimo maximo
obstrictum oportuit, tam multa quotidie in eum scelera perpetrare; ut beneficiorum numerum et magnitudinem numero et
gravitate peccatorum adequare velle videatur. quamquam
autem nihil leve est, quo violatur tanta majestas, inter
cetera tamen longe gravissimum semper duxi immodestiam
et profanam in templis garrulitatem, quae cum numen credantur
presentius habere, ita quidquid in iis peccatur, in peculiarem dei
sacra loca inhabitantis contumeliam et injuriam vedere intelligitur.

quis enim assequi valeat cogitando quantae sit pietatis deum in loco singulariter ipsi dicato, hoc est veluti in domo propria, et in suis oculis offendere? aut quis nesciat templa esse quasi totidem divinae majestatis palatia, verentur aulici regis oculos, neque sine relligione aliqua ad aulam accedunt et regium limen terunt. et christiani, proh! pudor praesentis dei majestate nihil commoti, ipsa ante altaria stant habitu corporis in verecundo, et ipsi deo insultare audent? nam quidquid regia majestas prae divina? aut quid reges ipsi, si cum deo conferantur. imperant illi quidem caeteris hominibus, at illis ipsis deus imperat. regibus facile imponitur ficta specie, deus etiam latentes animi recessus subit. sit itaque regum majestas sacrata, sit ad eorum palatia accedentibus relligio quaedam qua in officio contineantur. est enim regum in populos verenda auctoritas quanto magis par est, christianos homines dum templa dei subeunt simili relligione et sacro quodam horrore percelli. pulas rem agi serio abiis qui dum intersunt sacro corporis christi mister-io modo altero suspensi genu oscilantes praestolantur finem sacrificii et morantem sacerdotem increpant, modo sociis nescio quid in aurem ingerunt fortasse parum parum pudicum, modo in obvios quosque dextra laevaque circumferunt oculos in omnem concipiendi sceleris occasionem intentos. fac enim barbarum aliquem nostris mysteriis non initiatum, fac turcam ingredi nostra templa quotandem in loco consistere se putaret? an in domicilio sanctitatis ac divinitatis? fac eum con-ferre cum christo suum mahometum, christianos cum turcis, utri divinitatem asseret? utri veram relligionem vindicabit? vestram fidem! nonne pronum est, ut vero nefandus apostata et im-postor anteponatur? ut de verâ religione triumphet impietas? vindica, deus maxime, tantum nefas! hoc spreta Religio postulat: effusus christi sanguis efflagitat: arae violatae reos deposcunt, et parietes ipsi templorum divino furori mactandas victimas clamant.

Pausanias Lacaedemoniorum imperator, victo Mardonio, quem xerxes e graecia fugiens luctuosi belli vicarium reliquerat, regiam supellectilem contemplatus, quae in suam venerat ditionem, jubet continuo pistores et coquos persarum sibi xerxis aut Mardonii coenam parare; ex

adverso Laconicam cœnam parabili admodum cultu instrui. itaque ex alterâ parte, ~~ex adverso~~ aurum, argentum, conchiliatæ vestes et attalicæ, Lecti elegantes, sexcenta fercula, et sumptus infiniti; ex alterâ, vasa samia, Ligneum sedile, hædinæ pelles detritæ, et nigrum phiditiorum jusculum. neutra placet harum cœnarum, quarum altera luxu diffluit, altera Cynici Diogenis est potius, quam imperatoris. desiderassem ego tertiam mihi mensam poni, neque Cynicam, neque nepotinis sumptibus prodigiosam.

Ut inter prima nascentis adhuc mundi cunabula sapientissimus artifex rerum et machinator deus Lucem creavit rerum omnium pulcherrimam, eamdemque jucundissimam, cujus afflatu mundus ipse torpentis materiæ veluti segnitiem exuens, ad summam pulchritudinem effloruit; pari profecto ratione, si parva cum magnis comparare liceat, orationis artifex inprimis curare debet, ut illi perspicuitas per omnia membra, quasi per orbem cœli et terrarum lux, effundatur. hæc virtus jure primâ statuitur, et majoris est momenti, quâm quisquam putet. dici non potest quam multa alioqui industriorum hominum ingenia, dum hanc virtutem, quasi plebeiam et abjectam despiciunt, avia, ut ait ille, pieridum loca lustrantia, a Limine veræ et germanæ eloquentiæ aberrent. plerique eorum qui ad magna nati sunt, hoc unum avent, ut ea dicant et faciant quæ supra aliorum vim et ingenium assurgunt. sed cum in eo tenere modum res sit una omnium difficillima; hinc facile in tumidos, alienos, frigidosque sensus prolabuntur, quos nec vulgus intelligat, nec eruditi ac prudentes facile probare possint.

---

frequentissimum in stylo vitii genus illud est, quod tumorem appellant. nam cum ad altiora quaeque suo impetu natura contendat, fit ut perversae magnitudinis quam sibi deformavit simulacro quodam illusa, intumidas ineptias, et phaleratas, ut aiunt, nugas praeceps abripiatur. rana certe in apologo miratur grandem illam bovis speciem, et succulentam corporis habitudinem: nec mora: in ejus amorem tota exardescit, et cupit quoquo modo bovi similis fieri. sed misera, dum supra corpusculi vires, et naturae conditionem tumet atque inflatur, disrupta moritur. id ipsum profecto permultis evenit scriptoribus, qui, dum tullii aut virgilii magnitudinem suspiciunt, aventque in levibus etiam argumentis eamdem exprimere et vincere, in id deveniunt, ut provero ac solido corpore nihil nisi fumos et ventos ostentent, tandemque strigosi et macilenti dispereant.

quid valeant apud durissimos et quasi ferreos homines nativae solae infantiae illecebrae, naturâ docente, intelligimus. memoriae proditum est, neque ullus ignorat, ferocissimorum quorumque tirannorum saevitiam, nonnullorum infantium ineorum transitu de industria expositorum aspectu, mollitam non semel fuisse, mitigatamque iracundiam, atque eosdem maluisse vim sibi, cupiditates restinguendo, inferre, quam his parvulis, illud denegando, quod miserabiles ipsorum vagitus, ac disertae lachrymae viderentur postulare. quam quidem blandam et innoxiam artem hodie imitatur, imo superat deus, quâ nostros animos immutet, nostraque studia corrigat; et spectaculum commovendis hominum mentibus longe magis accommodatum praebet. nempe sit ipse infans, seque medium, ut ita dicam, objicit nos inter et ea quae nobis, dum blandiuntur, pernicie solent afferre certissimam. sistite gradum, inquit, o vos cujuscumque generis spectatis obnoxii, vel divitiarum, vel honorum, vel ultionis, vel voluptatum cupidi, sistite gradum; ulterius progredi, nisi me pedibus conculcaveritis, nec perstare, nisi me probrosis libidinibus vestris posthabueritis, non licet. vos moveant quae prima fundo suspiria; molliant animum vestrum mei vagitus; blandam meae vobis lachrymae vim faciant. flagitia refraenent vestra, aut misericordia, aut reverentia, aut amor aut pudor; at que ita vobis persuadeant, ut, quemadmodum ego vobis unis, ita et vos uni mihi jam vivere tandem aliquando incipiatis.

judicio nihil ad disciplinas et vitam universam praestantius est aut melius. qui uberem memoriam nactus est sine judicio, perinde est ac si grandem apothecam habeat sine vino, laxissimum horreum sine frumento. defectus memoriae facilius quidem excusatur, quia, licet sit ea pars valde nobilis, non est tamen prima, deinde a multis rebus fortuitis aut pendet aut juvatur: quo fit ut minus culpandi sint, qui non habeant, et ipsi suam eâ in re fateantur ingenue imbecillitatem: judicio autem qui velit cedere, aut eo se destitutum putet, rarus est, quod hanc partem omnes

suæ naturæ, si modo dignitatem teneant, accommodatissimam ducant. et certe qui judicio caret, quasi cyclops homericus, effosso oculo, in tenebricosâ corporis speluncâ jactetur et afflictetur necesse est.

Cum ignoratione rerum bonarum et malarum maxime hominum vita vexetur, ob eum que errorem et voluptatibus maximis sæpe priventur, et gravissimis animi doloribus torqueantur; sapientia est adhibenda, quæ, et terroribus cupiditatibus que detractis, et omnium falsarum opinionum temeritate dereptâ, certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem. sapientia enim est una quæ mæstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat. quâ præceptrice, in tranquillitate vivi potest, omnium cupiditatum ardore restincto; cupiditates enim sunt insatiabiles; quæ non modo singulos homines, sed universas familias evertunt, totam etiam labefactant sæpe rempublicam. ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. nec hæ sese foris solum jactant, nec in alios tantum cæco impetu incurrunt; sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atque discordant. ex quo vitam amarissimam necesse est effici, ut sapiens solum amputatâ circumcisâque inanitate omni et errore, naturæ finibus contentus, sine ægritudine possit et sine metu vivere. quod si vitam omnem videmus perturbari errore et insitiâ, sapientiam que esse solam, quæ nos a libidinum impetu et formidinum terrore vindicet, et ipsius fortunæ modice ferre doceat injurias, et omnes monstret vias, quæ ad quietem et tranquillitatem ferant; quid est cur dubitemus dicere, et sapientiam propter voluptatem expetendam, et insipientiam propter molestias esse fugiendam? eadem que ratione ne temperantiam quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia pacem animis afferat, et eos,

quasi concordiâ quâdam, placet ac deniat. temperantia est enim quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis, rationem ut sequamur, monet. nec enim satis est judicare, quid faciendum, non faciendumve sit, sed stare etiam opportet in eo quod sit judicatum. plerique autem quod tenere atque servare id quod statuerunt, non possunt, victi et debilitati objectâ specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos, nec quid eventurum sit, provident, ob eamque causam propter voluptatem parvam et non necessariam, et quæ vel aliter pararetur, et quâ etiam carere possent sine dolore, tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora incurrunt, sæpe etiam legum judiciorumque pœnis obligantur. qui autem ita frui volunt voluptatibus, ut nulli propter eas dolores consequantur, et qui suum judicium retinent, ne, voluptate victi, faciant id quod sentiunt non esse faciendum, hi voluptatem maximam adipiscuntur, prætermittendâ voluptate: iidem etiam dolorem sæpe perpetiuntur, ne, si id non faciant, incidant in majorem. ex quo intelligitur nec intemperantiam propter se fugiendam esse, temperantiamque esse expetendam, non quia voluptates fugiat, sed quia majores consequatur.

2.de version decomposition.

supra merita principes velle laudari, maxime probat, quod de alexandro dicitur; recessurus equadam regione, ingentia arma fabricari imperavit quæ humanam omnino mensuram excederent, spargique per agros: ut eâ arte decepta posteritas crederet aliquando, giganteâ mole fuisse, quicumque sub alexandro pugnaverant, neque mirum, tantis hominibus cæteros mortales, aut vi, aut sponte fuisse obnoxios.

quantus enim ille exercitus, in quo gigantes omnes; in quo sub immensis artubus pares animi referebant illas acies, quæ olim in cœlites pugnaverant?

putem quoque illum principem tot serpentes, tot leones, tot ursos tot efferas gentes sinxisse in eâ quam ad aristotelem scripsit epistolâ, ut eo commento crederetur, quidquid in orbe fortissimum atque immanissimum erat, cessisse alexandro.

un trait que l'histoire rapporte d'alexandre fait bien connoitre que les princes veulent être loués plus qu'ils ne le méritent: prés de quitter une contrée, ce prince fit fabriquer et jetter ça et la dans les campagnes des armes dont la grandeur excédoit en tout points la mesure des armes ordinaires. son but en cela étoit que trompée par cet artifice, la posterité crut un jour, que ceux qui avoient servi sous les drapeaux d'alexandre avoient été d'une taille gigantesque; et qu'ainsi il n'étoit point surprenant que le reste des hommes se fussent soumis ou de force ou de gré a des guerriers aussi terribles.

en effet combien devoit être formidable une armée dont tous les soldats étoient autant de geants: et dans laquelle le courage repondant a la grandeur démesurée du corps retracoit l'image de ces fieres enfants de la terre qui autrefois avoient attaqué les habitans de l'olimpe.

je serois encore porté à croire que tous ces serpens, tous ces lions, tous ces ours, et toutes ces nations sauvages dont parle alexandre dans sa lettre a aristote étoit un invention de sa part pour faire croire par la que tout ce qu'il y avoit de plus courageux dans le monde avoit cédé a ses armes victorieuses.

primam ætatem populus Romanus, et quasi infantiam habuit sub regibus septem, quâdam fatorum industriâ, tam variis ingenio, ut reipublicæ ratio et utilitas postulabat. nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut invaderet regnum. quid Numa

religiosius? ita res poposcit, ut ferox populus deorum cultu mitigaretur. quid! ille militiæ artifex Tullus, bellatoribus viris quâm necessarius, ut acueret ratione virtutem? quid? ædificator ancus, ut urbem coloniâ extenderet, ponte jungeret, muro tueretur? jam vero Tarquinii ornamenta et insignia, quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? actus a servio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosset respublica? postremo superbi illius importuna dominatio non nihil, imo vel plurimum profuit. sic enim effectum est, ut agitatus injuriis populus cupiditate libertatis incenderetur.

---

clamat Epicurus, is quem nimis voluptatibus fuisse deditum dicunt, non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, juste que vivitur; nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde. neque enim civitas in seditione beata esse potest, nec in discordiâ dominorum, domus: quominus animus a se ipse dissidens, secum que discordans gustare partem ullam liquidæ voluptatis et liberæ potest. atqui pugnantibus et contrariis studiis consiliis que semper utenti nihil quieti videri, nihil tranquilli potest. quod si corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas impeditur; quanto magis animi morbis impediri necesse est? animi autem morbi sunt cupiditates immensæ et inanes divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. accedunt ægritudines, molestiæ, mærores, qui animos exedunt conficiunt que curis hominum non intelligentium, nihil dolendum esse animo, quod sit a dolore corporis præsenti futurove sejunctum. nec vero quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat: nemo igitur est non miser.

---

apollonius ille quidem Alabandensis praeclari praeceptoris munere fungebatur, qui eorum, quos ad capescenda eloquentiae studia, suum in ludum parentes mittebant, ingenia explorabat acutissime, quae si minus essent idonea, quam primum dimittebat, ne frustra labore discendi frangerentur. et certe cum in omnibus artibus sit ingeniorum habendus delectus, tum vero maxime in eloquentia, quae, ut res est omnium difficillima, ita ingenii felicitatem magnopere desiderat. aethiopes, ut aiunt, fortitudinis indolem in pueris hâc ratione explorabant. ingentes quasdam aves cicuratas alebant domi, quibus tenella adhuc pusionum corpora imponebant. ad id autem ministerium mirabili quadam dexteritate factae erant, ut in sublime sessorem efferrent, et leni motu devolantes reportarent; hoc si non paverent pueri, si volatum intrepide sustinerent; eximiae indolis dabant ~~[illegible]~~ indicium. ita profecto in disciplinis omnibus faciendum esset, diligenter spectandi motus ingenii et cursus; inspiciendum quibus illud pennis, et quam sublime ferri possit. quod in pueris, in quibus natura, ut ait tullius, tamquam in speculis cernitur, a teneris elucere solet. talis extitit origenes, qui a teneris unguiculis jam discendi cupiditate flagrans, patrem leonidam magnâ prudentiâ interrogabat. pater vero admiratus conabatur incitatissimos naturae cursus moderari, ne tantis motibus non sufficeret corporis imbecillitas: sed videbat in filio excellentem naturam: idcirco dormientis pectus quasi sacrum magnae mentis domicilium, exosculabatur:

magna omnino vis est, magnum viris principibus documentum in galbae imperatoris ad pisonem, cum adoptaret eum: tua me praeclara indoles, ait, et amor patriae impulit ut principatum, de quo majores nostri annis certabant, bello adeptus; quiescenti tibi offeram: non quod propinquos aut socios belli non habeam, sed ut meum de te judicium palam fiat. est tibi frater pari nobilitate, natu major, dignus hâc fortunâ, nisi tu potior esses: ea aetas tua quae cupiditates adolescentiae jam effugerit, ea vita, in quâ nihil praeteritum excu-

-sandum habeas. fortunam adhuc tantum adversam tulisti: sedita
fore confido, ut secundis in rebus non minorem animum, constan-
tiam, fidem et modestiam retineas. si immensum hujus imperii
corpus stare ac librari sine rectore posset; dignus eram aquo
respublica inciperet. nunc eo necessitatis ventum est, ut nea
senecta nihil majus populo romano conferre possit quam bonum
principem successorem; nec tua juventus quid quam praestantius
quam bonum principem. generari et nasci a principibus, fortuna;
adoptari, virtutis est. audita adoptione, desinam videri senex,
quod nunc mihi unum objicitur. nero apessimo quoque semper
semper desiderabitur: mihi ac tibi providendum est nec etiam a
bonis desideretur. imperatoris es hominibus qui nec totam seri-
-tutem, nec totam libertatem pati possunt. cogita quid aut
volueris sub alio principe, aut nolueris; et illud quidem sequere.

~ ~ ~

ingenia, ubi primum radium divinæ lucis ab imitatione expresserunt, privatis augent studiis, et immensum prope attollunt decus.

Reddatur corvis sua gratia, indignatione quoque populi Romani testata, non solùm conscientiâ. Tiberio principe, ex fœtu supra Castorum ædem genitus pullus in oppositam sutrinam devolavit, etiam relligione commendatus officinæ domino. is mature sermoni assuefactus, omnibus matutinis evolans in rostra, in forum versus, Tiberium, dein Germanicum et Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat, postea ad Tabernam remeans, plurium annorum assiduo officio mirus. hunc sive æmulatione vicinitatis, manceps proximæ sutrinæ, sive iracundiâ subitâ, ut voluit videri, excrementis ejus impositâ calceis maculâ, exanimavit, tantâ plebei consternatione, ut primò pulsus ex eâ regione, mox et interemptus sit, funus que innumeris aliti celebratum exequiis, constratum lectum super æthiopum duorum humeros, præcedente tibicine, et coronis omnium generum ad rogum usque, qui constructus dextrâ viæ appiæ, ad secundum Lapidem, in campo Rediculi appellato, fuit. adeo satis justa causa populo Romano visa est exequiarum, ingenium avis, aut supplicii de cive Romano, in eâ urbe, in quâ multorum principum nemo duxerat funus: scipionis vero æmiliani post Carthaginem Numantiam que deletas ab eo, nemo vindicaverat mortem. hoc gestum M: servilio et C. Cestio consulibus ad quintum Calendas aprilis.

Si quantum artis et industriæ posuerunt majores nostri in tradendis disciplinarum præceptis, tantum nos in his addiscendis et laboris et constantiæ poneremus; non minorem profecto gloriam nobis afferret nostra constantia, quam sua iis industria honorem peperit atque dignitatem. sed quò

admirabilior et prædicatione dignior illorum industria est; eò magis accusanda nostra omnium ignavia, qui tot adminiculis fulti, tantâ librorum copiâ instructi, tot tamque illustribus exemplis ad imitandum propositis excitati, torpemus tamen et in inerti atque inglorio consenescere otio malumus, quam, per illorum vestigia gradientes, explere nostros animos illo pastu suavissimo cognitionis et scientiæ, et, quantò homines cæteris animatibus antecellunt, tantò supra vulgus hominum eminere. non amamus litteras; non amamus studia doctrinæ; nihil altum, nihil arduum, nihil gloriosum cogitamus. quod si faceremus, jungeremus noctes diebus, noctibus dies; et discendi cupiditate incensi omnes corporearum voluptatum illecebras, omnem laboris asperitatem præ doctrinâ contemneremus. an mercatores opum parandarum gratia, tam multas, tam longinquas, tam periculosas peregrinationes suscipiunt, domum, uxorem, parentes, liberos relinquunt, ventis, fluctibus, piratis, ac prædonibus vitam suam committunt, longum omnes sibi exilium indicunt, ut tot laborum, tot periculorum, vitæ tam duriter, tam misere exactæ fructum habeant hunc, quem intelligunt, non posse se nec diu, nec quiete, nec sine invidiæ miseriis possidere? nos vero ignavi opes veras, solidas, plenas admirabilitatis et laudis et gratiæ ne minimâ quidem animi contentione volumus redimere? si sapientiam ita amaremus, ut illi divitias; longe alia ratio esset vitæ nostræ; et aurei hujus velleris obtinendi causâ nullum laborem non amplexaremur. quid? venatores in nive pernoctant, famem, sitim, frigus, vigiliam ferunt; cum apris, cum ursis aliisque indomitæ feritatis animalibus, de vitâ sæpe decernunt ac dimicant. nos si quanto illi ad prædam, tanto ad eruditionem impetu ferremur; ullam nobis, ne ad eam

perveniremus, difficultatem obstare pateremur? insanum ac libidinosum adolescentem, cum ad eam quam amabat, aliter pervenire non posset, singulis noctibus mare illud quod europam ab asiâ dividit, natando transire solitum accepimus. quod in eo stultus et inconsultus amor potuit, ut, dum satisfaceret cupiditati suæ, nihil tanti putaret, cur idem in nobis amor virtutis ac scientiæ, si eam vere et ex animo amaremus, non efficeret.

---

imitari quidem res est, ut videtur, omnibus in promptu; sed bene imitari haud ita facile est, atque existimatur ab imperitis, qui a summis authoribus acceptas virtutes vitio dedecorant imitationis. infantulum nutrix fasciis evolutum abluerat, ablutum que et pannis infantiæ circumvestitum reposuerat in cunis. quod ex eminenti loco cum prospexisset simia, ut est animal non modo importunæ, sed et perversæ plerumque imitationis, idem tentare voluit. cum que infantem remotis custodibus jacentem introspexisset in cunis, fenestellâ quæ tum patebat, in ædes illabitur; ac primum pusionem arripit, fasciis explicat, et post varias gesticulationes aquam succensis carbonibus calescentem in miserum corpusculum effudit. hoc ipsum faciunt pravi imitatores, qui circa alieni ingenii fœtus, ut simiæ gesticulati, sua demum imperitia depravant. hoc agnoscebat soleri imitator virgilius: cui cum furta et homericæ opes objicerentur, fatebatur quidem ingenue, quod erat, se homeri imitatorem esse; sed suos adversarios, infelices musarum alumnos, facilius clavam herculi extorturos, quam pro dignitate vel versiculum quidem homericum imitaturos.

Quis Romanos non admiretur? quis eos non plurimi faciat, cum succurrit, quàm relligiosi fuerint in his omnibus quæ ad fidem bonam, probitatem et veritatem pertinere videbantur? eorum legati, cum Regem perseum ad pugnam jam paratum et instructum vanâ spe pacis fefellissent; fraudem istam non tulit senatus; et imprimis senatores moris antiqui memores palam dicebant, se in eâ ratione Romanas artes haud agnoscere; majores suos nunquam per furta et insidias bellum fecisse; indicere, priusquam gererent, solitos bella; denunciare etiam interdum prælii tempus, et locum definire; ea Romanorum esse, non vero artes punicas, et græcorum calliditatem adhibere, apud quos fallere hostem, quam vi superare, gloriosius erat.

Ea est veræ virtutis indoles, ut ultro fugiat hominum aspectus, ametque procul a famæ rumoribus in obscuro delitescere. cum enim gravissimis rebus intenta, nunquam non quasi deo teste vivat, adesse sibi ex mortalibus spectatores haud magnopere desiderat, nullis que aut adhortantium vocibus, aut etiam Laudantium præconiis curat excitari. timeret potius, si maxima hinc inde avidæ plebis circumfunderetur frequentia, si vel debitis plausibus aperta significaretur gratulatio, timeret, inquam, ne ex tot oculorum intuitu nimium ipsa placeret ~~ipsi~~ sibi, a deo que in aliquam mercedis partem etiam minime quæsitus favor imputaretur. Latet igitur virtus non invita, imo est in quærendo secessu pertinax. ah! ne sit eadem in illo inveniendo felix. optent potius virtutem cognosci, si qui hominum societati consultum volunt, optent eam in altum evehi; quæquidem quò celsiore in gradu fuerit collocata, eo Latius proderit, eo potentius ad sese rapiet animos. quod si solium etiam ascenderit, et regiæ purpuræ majestatem, quâ non

indiget, fulgore suo cohonestaverit; mirum dictu! quanta inde non singulis tantum hominibus, sed ipsis etiam imperiis, et stabiliatur salus et gloria efflorescat. o vere beatam gentem illam, apud quam virtus sublime illud fastigium obtinet, apud quam ita regnatur, ut, quò similiores regnantium cives fuerint, eo meliores quoque, et ad recte vivendum instructiores evadant necesse sit!

Quod iis regibus solet accidere, qui non jure hæreditario, et naturæ lege, sed libero eligendi judicio, unanimi que populorum consensu imperiorum gubernaculis admoventur, ut solâ virtutis commendatione, non nascendi casu, ad illam tantæ dignitatis sublimitatem pervenisse videantur; id omnibus fere reginis, in galliâ præsertim, contingere nemo negaverit. in auspicando regno Lætari quidem possunt plerique reges; at reginæ jam tum laudari dignæ sunt, heroum que illorum similes, qui sceptrum ante merentur, quàm gerunt, fortunæ suæ, quamlibet præstantis, solæ artifices haberi debent. cum enim gallico principi uxor quærenda est; tunc in universam Late Europam circumferunt oculos viri fide et prudentiâ spectatissimi; regna omnia, aulas omnes interrogant, si quæ virgo regia in tantas spes adolescit; neque formæ tantùm elegantiam, sed multo magis animi maturitatem, integritatem morum, et quæcumque dotes temporis lapsu minime deteruntur, ita diligenter exquirunt, et quæ tantæ investigandi anxietati sese probaverit, ea perfecta plane, numeris que omnibus absoluta certe judicanda sit.

---

ex omnibus donis quibus divina Bonitas acceptæ sibi nationis fidem amat remunerari, nullum neque majus, neque præsentius est quàm ut præficiat illi rectores bonos, principes vere parentes suorum, et concordibus animis in publica commoda conspirantes; regem studiosum, imo cupidum retinendæ pacis, et tamen arma, cum opus est, non timida, neque segni manu tractantem; qui hostium consilia sagaciter explorare, sua silentio et altis tenebris premere noverit; nec minus, dum arcet externa bella, possit salubri severitatis et mansuetudinis temperamento exorta inter cives dissidia componere; qui justitiæ et æquitatis tenax, ferocientem sponte suâ, et omnis inimicam fræni dominationis naturam certis legibus coerceat; qui facilis et clemens, divinæ ut potestatis, sic et benignitatis imaginem in se repræsentet; præcipue vero qui amet paterno affectu populos, et populorum amorem longe victoriis et immensis opibus, et superbissimis titulis anteponat. talem optent regem, quibus etiamnum vota facienda sunt: talem diu servari flagitent, qui sibi tantum boni, divino munere, contigisse gratulantur. at vero quæ in eodem cum rege solio residet, socia regni, sed cum obsequio socia, blanda laborum adjutrix, dulce lenimen curarum, publicam et ipsa felicitatem promovebit, partim iisdem, partim diversis virtutibus, quas omnes in se Maria Regina felicissimo nexu consociavit.

quid utilius esse potest universæ genti, quam moribus bonis ornatam et studio virtutis florentem vivere? regis est beare populum prudentibus institutis, et salutari legum terrore coercere erumpentem in omnia nefanda audaciam. ad hæc illivis regia concessa est, et secunda a divinâ potestate potestas. at reginæ blandum et mite imperium non vi, non minis, non armorum formidine stipatum, in mores magis exercetur, sine quibus plerumque vana cadit legum vel optimarum sanctio. ad illum adrepunt. spe et cupiditate inducti, quicumque honores, opes, imperia postulant, negotiosi homines, et ambitionis suæ laboribus occupati. ad hanc confluunt quidquid est in aulâ amabilius, elegantiusque, quibus, placere ac delectare, unum opus, una ambitio est. denique quos cæteri cives sedulo respiciunt, ad quorum ~~opes~~ mores se se ultro componunt; illi omnes se ad exemplum, ad judicium, ad nutum ipsum reginæ certant componere.

bonorum principum est et prodesse dum vivunt, et posterorum etiam commodis prospicere. id autem non assequuntur solis legibus et salubribus institutis. namque recident hæc omnia, si quos hæredes imperii sui reliquerint, illi ipsi positâ sapienti patrum consilio publicæ felicitatis fundamenta per insaniam libidinemque subvertant. vos igitur, o reges, filiorum institutionem inter gravissimas imperii curas ponite. ex unius puelluli ingenio et moribus pendet fortuna populorum. in hoc tenello pectore jacienda sunt semina virtutum; quæ deinde sapientibus præceptis exculta et quasi exemplorum rore fæcundata, aliquando in amplissimam segetem efflorescant.

tria sunt potissimum, quibus suorum animos explorare et probare solet summus ille mortalium arbiter. aut enim illis proponit dulces prosperæ sortis illecebras quarum pericula, eo majora, quo blandiora sunt, superent contemnendo, aut illos urget gravi ærumnarum calamitatum que pondere, quas ut a se missas placide excipiant, imo quibus pressi, ad cælum, tamquam palmarum brachia, firmius erigantur. aut denique corpoream illam quâ includuntur molem prænunciis mortis doloribus excruciari jubet, ut cum cætera omnia fortiter projecerint uni deo placituri sequoque ipsos illi, paratas ad nutum victimas, devovere condiscant.

sunt profecto et hominum, sicut imperiorum fata quædam, et tempora, quibus expletis, ipsaquoque imperia desinant. ea est scilicet rerum omnium humanarum lex et conditio: patiuntur singula hæc vices, neque ulla est, quæ ineluctabili necessitati tandem aliquando non succumbat. testis mihi roma, superba illa totius orbis triumphatrix, post modum fortunæ ludibrium, et illis ipsis populis subjecta, quibus paulo ante jugum imposuerat. quis enim vero romano imperio æternitatem non promittisset, si disciplinam, leges que sanctissimas quæ vigebant domi, si abstinentiam et temperantiam, si fortitudinem, si virtutes omnes, tum domesticas, tum militares, quibus romana res crevit, attendisset? sola gloriæ cupiditas generosos animos incesserat: armis inclyti, fide clariores admirationi erant ipsis hostibus; et quos vi superaverant, moderatione continebant in officio. ô speciem nobilissimam imperii quod non tantum armis, quam virtutibus stabat? quæ vis succutere poterat, et incæptum impellere ædificium tam altis fundamentis innixum... dicamus quod res est: roma æterna erat, nisi in propriis sinu monstra in suam perniciem aluisset: accusentur sane romanorum mores degeneres: qui cum devictarum gentium spoliis earumdem etiam vitia romam invexerunt, ut ex abstinentissimis avidissimi, ex parcis prodigi, ex liberalibus avari, ex viris molles et effeminati regnante prodierint; supererat tamen roma spes incæptibus suis, si tales illi fuissent, quales esse debuissent? quid tu imperatores appellabis caligulam omnium hominum nequissimum, nisi neronem habuisset nepotem avunculo nequiorem? othonem libidinosum, vitellium delicatum illum helluonem, Domitianum hostem muscarum infensissimum in quibus capiendis figendisque stylo tempus impendebat reipublicæ addictum? Caracallam ferum crudelissimum, qui patri invidit, quod ætatem protraxisset ope medicorum, quos idcirco de medio sustulit? Heliogabalum omni spurcitiarum genere infamem, aliosque ejusmodi portenta et monstra libidinis, hos tu imperatoribus annumeres? nisi forte imperator appellatur, qui summâ authoritate pollet, et eâdem abutitur ad avaritiam, ad crudelitatem, ad sordes. ego non imperator Augustus, non Titus, non Trajanus, non Constantinus, non Theodosius, non Valentinianus, et qui collapsum imperium restituit, Carolus-magnus, in quorum manu opes et potestas serviebant populorum felicitati, splendori, imperii, hostium terrori. his imperatoribus stetit romana res, eorumque

similibus staret adhuc. barbaræ illæ gentes quarum multitudo torrentis more in romanas provincias effusa est, ausæ sunt rumpere obicem tum primum, cum imperatorum vitio majestas imperii cœpit vilescere, hoc est, cum romani defuerunt. non satis erat, roma, habuisse imperatores omnibus sordibus inquinatos, nisi haberes etiam pueros et imbelles: imperatores sordidi masculum illud robur enervarunt: puer acceptum sine robore imperium suâ imbecillitate pessum dedit: cœpit imperium sub augusto, sub augustulo defecit.

in monte sinæo, ut incredulum ac rebellem populum religionis metu in officio contineret, præsentem se informidabili comitatu divina majestas exhibuit: in sacro die pentecostes, ut jacentes erigeret, recrearet perditos, afflictos consolaretur, deus ad amantissimos discipulos delapsus est. olim tamquam vilissimis mancipiis plenam tristissimis comminationibus legem, et durissimum servitutis jugum impositurus venerat: tunc ut suos veterum legalium onere eximeret, et in libertatem filiorum dei vindicaret, apparuit. olim temporaneanum rerum expectatione deus israelitas ad implendam legem alliciebat: tunc ad excitandos ad amorem sui christianorum animos, non cœlestia tantum gratiarum dona, sed et seipsum insuper totum bonorum omnium fontem atque originem liberaliter impertiit: olim ad accessum divini numinis pavitavit, ac retrocessit populus: tunc propioribus dei præsentis afflatibus populi recreati, ut spiritalem vitam hauriant, dilatant ultro pectoris angustias, et sacros illapsus accipiunt. denique, ut uno verbo complectar omnia, olim, post mirabilem illam omnipotentis dei ad populum suum venientis manifestationem, non legimus illos, aut immutatis voluntatibus, aut moribus emendatis, aut abjuratis erroribus ad meliorem frugem sese recepisse: tunc post exceptum in præcordiis suis divinum spiritum, apostoli in alios penitus homines mutati, nihil pristinæ infirmitatis retinent; et quem clam atque in tenebris vix audebant profiteri, eumdem palam atque omnium in oculis confitentur ac prædicant.

cogitate, quæso, quid apud gentes fortitudinis laude egregias evenire soleat, cum bellum instat aliquod. reputate vobiscum, ut ad primum ejus rumorem omnis exspergiscatur juventus; ut deinde rauco tubarum ac lituorum pugnas

canentium sonitu vividius accensa, arma fremat; ut bellicam omnem sup-
-pellectilem incredibili studio apparet: ut martios spiritus ore, vultu, oculis
præferat. multumne avero aberrem, si dixero academicæ juventuti simile
quidpiam contigisse, vel cum primos famæ litteraria hæc certamina disseminantis
rumores avidis auribus recepit, vel cum eadem hæc prælia paucos post menses
commissum iri publico amplissimi rectoris mandato edocta intellexit!
ecquam enim ejus tum alacritatem ac lætitiam vidimus! quo studio singulos
vidimus ad futurum certamen quidquid adesset virium colligentes;
quæcumque jamante didicissent, memoriâ repetentes; ad ea, quæ adessent,
comparanda omni curâ incumbentes; nullis demum neque laboribus, neque
vigiliis parcentes, ut certius ad victoriam iter sibi aperirent; ille diviterenum
copiâ mentem implere atque excomare; hic stylum exercendo fingere ac
subigere, et ad excellentem optimorum scriptorum rationem conformare;
strictæ alter, alter solutæ orationis vim et elegantiam consectari, græcas
latinasque opes alii, alii. gallicas simili ardore exquirere; nullus denique
non illustriori aliquo industriæ specimine ostendere, quantum in hâc
ætate ~~poss~~ valeat imitatio. jam cum deligendi illi fuere, qui in tam
nobili campo decurrerent; quis rursus eorum omnium ardor extitit, qui
iis certaminibus gerendis pares sese crederent? an commemorem quantum
ubique studium, quæ trepidatio fuerit, ut eximio huic paucorum
numero ascriberentur, cum vel ex hoc uno maximum sibi honorem
accessurum putarent? ecquis ad hæc non statim sibi fingat animo hinc
imperatorem aliquem, ubi ingens quoddam bellicum facinus patrandum
occurrit, ex universo exercitu virorum robur ac florem sibi deposcentem;
illinc quidquid est in singulis agminibus expertæ virtutis militum; præclaro
consequendæ laudis studio accensos, tantum decus ambientes; suis sese
ducibus ultro offerentes, imo abiis enixe postulantes, si seviros reputent, ut
in periculi ac gloriæ partem venire liceat, neque se indignos existiment,
quibus reipublicæ salus committatur. jam an ego vobis pugnantium
habitum, oculos, manus depingam? vidissetis primum excepta avide
argumenta avidius secum relegentes, et alto in otio diu meditantes; tum
quæcumque primus ingenii calor ac impetus effunderet, raptim ac celeri
manu chartis illinentes; mox eadem tranquilliori mente repetentes,
expendentes, omni quâ possunt curâ componentes; sæpe stylum
vertentes, atque alia aliis quæ meliora crederent, usque et usque commu-
-tantes, donec suo ea judicio satis perpolivissent, tum demum lætos et
ad scribendum alacres, si mens beatiores spiritus conciperet, ac dignum

laude aliquid pareret; sin minus mæstos, anxios, calamum sæpe vertentes ac statim abjicientes, itque, ut quod probari posset, a cerebro tandem extunderent, longum desudantes; in tam operoso labore totos dies, quosdam etiam cibi oblitos, perstantes; horas quasi velocius, quam paresset, elaberentur, incusantes; eo denique vincendi desiderio inflammatos, ut, cum legibus definitum tempus effluxisset, nonnulli campum certaminis inviti, ac decoris persusi lacrhymis relinquerent.

ita comparata debet esse virorum sacrorum pietas, ut sit insigni quâdam eruditione condita. cæca est, nisi facem illi doctrina præferat; labitur in multis, ac fæde corruit, nisi scientiâ fulciatur. neque fuit illud a sapientissimis injuriâ dubitatum, sacerdos improbus an esset ignaro et imperito deterior. ille videt saltem quid a se, quid ab aliis peccetur; adeo que corrigendi spem non adimit: hic præ inscitiâ cum nihil videat, emendandi locum non relinquit. ille virus afflat animis; at hic tenebras mentibus offundit. ille faciendo scelerate nocet hominibus; hic docendo prave: et quia multo facilius deprehenditur, offendit que homines vitæ vitium, quâm doctrinæ; idcirco hujus ignorantia, quam illius improbitas pestem longe occultiorem, ac proinde præsentiorem, importat.

Corrigé.

La pieté de ceux qui sont appellés au service des autels, doit etre relevé par un grand fond de scavoir. elle est aveugle, si le flambeau de la science ne brille devant elle, elle fait bien des faux pas, et meme de lourdes chutes, si elle n'a la science pour appuy. et des personnes tres sensés n'ont pas eu tort de mettre en probleme, si un pretre sans mœurs etoit pire

qu'un prêtre sans science. car du moins celui la voit il ses propres fautes, et celles d'autrui; et par consequent il n'ote point l'esperance de les lui voir corriger. mais celui ci aveuglé qu'il est par son ignorance, n'a point de ressources pour se reformer. il est vrai que le premier verse dans les cœurs le poison dont il est lui meme infecté; mais l'autre repand sur les esprits des tenebres epaisses. l'un nuit en agissant mal, l'autre en instruisant mal. et comme le defaut de conduite a quelque chose de beaucoup plus sensible et de plus frappant que le defaut de science, il s'ensuit que par son ignorance le prêtre ignorant cause un mal bien plus caché et des la plus dangereux, que le prêtre dereglé ne fait par ses dereglements.

---

rusticus et pagi dominus

ad pagi dominum quidam venit rusticus,
meus que dixit in tuum porcus canem
irruit, eumque necuit. damnum sarcies
respondit ille, nummis vigenti aureis,
tuumque trades praeterea porcum mihi,
ut occidatur, caeterosque terreat
supplicio porcos, ut ne post hac audeant
verendos interficere nobilium canes.
hic se se emendans rusticus, quid sum miser
locutus, inquit. imò volui dicere ~~illud~~
illud quod esse comperi verum nimis
meum a tuo fuisse porcellum cane
occisum. is ergo fecerit aliquam prior
injuriam inquit dominus, et hoc pacto suam
sibi perniciem stultus arcessiverit:
malè quidem factum. nunc tamen satis est mihi
quod crimen hujus poena mors justa eluit.
abi tuosque porcos meliùs educa
et aliquid unquam simile ne peccent cave.

si cum potente damnum exportulaverit
tenuis; abibit saepius vix innocens.

Conjunxit olim mutua hospitalitas
gallumque persamque: ergo is cum lutetiam
venisset ad suum hospitem diverterat.
ibi manentem commodoque etiam hortulo
gaudentem, in illum forte ambo descenderant.
inter se amice colloquentes dum ambulant
persa ad parietem expansam malum persicam
pulchris onustam maturisque fructibus
aspicit et istud inquit nonne jam diu
didicisti apud nos esse praesens venenum?
cur ergo in horto collocas? cur excolis
tum gallus: arborquam tanto pere despicis,
et abominaris, surculus quondam fuit
in perside ipsa natus. hunc legi ex agro
horum ceto exicorum fertilissimo.
repetens que patriam huc usque mecum transtuli
ed educavi et excolui mea manu;
ed ejus hodie ex fructibus quem maximum
pulcherrimumque invenero, te te volo
comedere: disce quantum è natali solo
prosit aliquando in aliud transferri solum.

ingenio pravos homines omni pravitate anteit, qui post
alios venit historicus pariter et criticus, nimium hodie notus
nec dum satis bene cognitus. ingeniosus et nequam nequior
fortassis quam ingeniosior aut certe quanto ingeniosior
tanto nequior. homo infeliciter felix, qui à natura ingenium
sortitus acre vegetum et flexibile, à disciplina eruditio
nem adeptus variam, uberem et confertam. ab exercitatione
stylum assecutus subtilem fertivum et facilem, omnia
naturae disciplinae et exercitationis praesidia ad suam
et ad aliorum perniciem convertit. homo scelerate
industrius, qui nocendi arte instructus, nefariae doctrinae
venenum callida fraude dissimulatum, solerti manu
mixtum, lepore melleo delibutum, sapore multiplici
conditum viris aeque ac foeminis doctis et imperitis
studiosis et otiosis omnibus praeterquam probis et cautis
lectoribus propinavit. homo flagitiose facetus qui oblectandi
dulcedine illectus turpes et libidinosas undique corrasit
narratiunculas et iis, tanquam sale impuris et impiis
hominibus gratissimo scripta sua ad delicias conspersit largiter,

et conspergendo fœdissimè inquinavit.
homo perditè laboriosus qui scribendi celeritatê abreptus
in omni fermè argumentorum genere versatus est.
omnem indutus personam, et suam de rebus omnibus
sententiam ferens, jurisperitus sine lege, judex
sine tribunali, miles sine gladio, civis sine patria
historicus sine fide, criticus sine probitate censor
sine pudore, philosophus sine opinione
theologus sine religione, omnis homo et nullus homo.
quid præterea homo protervè maledicus, qui
calumniandi licentiâ invectus non verendæ
sanctorum patrum autoritati non sacræ regum
majestati, non summæ pontificum dignitati non
receptæ in cœlum et consecratæ in terris piarum
animarum sanctitati parcendum esse credidit.
homo versutè impius, qui dubitandi libidinê
incensus mere rationis humanæ argumenta,
nunc fidei oracula disturbans omnia subruit
credendi firmamenta, et illi homerico jovi
nubila congreganti similis omnes difficultatum
nebulas ad offundendam religioni caligineam,
ex omnibus philosophici hæretici atheæi partibus
coacervavit. quid denique homo malo
publico natus qui quo primum tempore
de cometis nugari adorsus est jam
tum præsagire potuit Europa quam ferale
et exitiosum rei christianæ sydus in illo
ingenio maligne splendidæ oriretur.

etsi nulla unquam religio tam multos in omni genere adversarios
passa est, quam christiana; si quis tamen cupiditatis expers, illius naturam
propius inspexerit; fatebitur illico eam esse non tantum religionum omnium
verissimam, sed etiam, rejectis aliis, eam solam veram admittendamque
prædicabit. mittamus igitur longam argumentorum et probationum

seriem. proponatur simplex et minime fucata christianae religionis tabella. in eam conjice oculos, et excellentiam illius admirare. quid? tu religionem putes, in quâ ~~[illegible]~~ coluntur dii, quos torno facili sculpsit artificis manus, aut ex arboris trunco, aut e Pario marmore, aut solido ex auro Praxiteles aliquis efformavit? deos orbatos oculis, auribus captos? religionem putes, in quâ dii qui dicuntur esse, homines fuerunt caeteris omnibus turpiores, qui viam ad caelum sibi straverunt sceleribus, innocentiae et castitatis praedatores, adepti, credo, divinitatem, quia principatum improbitatis obtinuerant? religionem putes, cujus cultores in spurcitiis suis et sordibus gloriarentur, quasi authoribus diis? o dignam speciem religionis, quam ultro amplectantur populi, ut ~~[illegible]~~ ipsis liceat abire impune in omne libidinum genus, hoc similiores diis suis, quo nequiores! jactet enim vero religionem ejusmodi nefandus Mahumetes, eamque armorum vi, si tamen armis opus erat, populis sexcentis approbare conetur. quam dissimilis vera religio, quae suâ sanctitate pellicit in sui obsequium totum orbem terrarum, cujus sanctitas in cultorum suorum mores transit, cujus veritas eorumdem sanctitate confirmatur? ego vero nunquam appellabo religionis nomine superstitiones illas, quae vitia quodam modo consecrant, quae obcaecant animum, ut ruatur in vitia impotentius. religio virtuti tota famulatur: ejus est evellere vitia, virtutes insecere, morum integritate et munditiâ tum animi, tum corporis homines efficere dei aemulos. hîc te appello, Roma, quotquot in toto orbe adorabantur numinum insana cultrix; appello te, graecia, quae sacrilegos cultus vel invenisti, vel promovisti! vestrae censurae christianam religionem permitto. conferte, si fas est, inania simulachra cum deo caeli terrarumque opifice: conferte sapientes illos vestros cum viris

sanctis, quos religio christiana fecundo e sinu protulit; illorum fucatas virtutes, seu potius vitia, horum virtutes et fortitudinem suppliciorum metu ipsis que suppliciis majorem. non renuit vestro se judicio christiana religio subjicere, certa vincere, vel vobis judicibus. illa videlicet tanto praestat caeteris religionibus, quanto lux tenebris antecellit. Lux est ipsa errantium, morum magistra, disciplina virtutis, et unica ad caelum via.

---

gibberorum civitas.

Ligeris ad undam, aureliana non procul
a gente, quaedam civitas olim extitit,
cujus coloni gibbere insignes erant
omnes ad unum quisque suo. huc devenerat
corpore vir erectus, et humeris veluti decet,
sensimque molliterque subsidentibus.
excipitur ille quocumque inferat gradus,
sannâ, cavillâ, et acribus conviciis;
et si habetur, donec aliquis denique
occurrit medius, caeteris humanior,
qui turbam inanem increpans et summovens;
quaenam ista, cives, morum acerbitas, ait,
indocta, iniqua? cur vexatis hospitem
bonum, ut videtur, et innocentem? cur grave
opprobrium additis ejus infortunio?
ullone crimine alligatum creditis,
quod sorte nostrâ destitutus ambulet
istoque quo nos gaudemus honestissimo
creavit ipsum gibbere carentem deus?

Tabella magnam ad nationem pertinet
quae vitia quaedam ~~quae~~ quia probat nunc et colit
ea vellet omnibus esse virtutum loco.

+ Version decomposition des prix

eant perpetui illi superiorum temporum laudatores qui Augusti nobis erga litteras et litteratos liberalitatem semper obtrudunt. Augustus aliquot tantum eruditos fovit; Ludovicus magnus omnes: ille suos duntaxat; Ludovico autem, quanta quanta sit, gallia non satis fuit, nisi ad alienos quosque remotissimasque gentes ejus munificentia pertineret, quasi totares litteraria ejus unius fidei tradita foret: ille post confecta bella in placido tantum pacis sinu; Ludovicus inter tot graves bellorum curas, cum marte omnia undique circumsonarent. ille ut immortalitatem sibi pareret; Ludovicus cum propedivinis suis factis addictam illam ac desponsam videret. implevit veteris poetae votum, hocunum optantis ad doctrinarum splendorem, ut mecenates non deessent; cumulate inquam, illud implevit; cumineo uno et mecenatem et augustum ipsum habuerimus.

Non semper, impii, in vestris sceleribus connivet Deus. Sentus, ut plurimum, nocentes punire, vibrat interdum tamen iracundum fulmen, et tristi sceleratarum urbium ruinâ docet non fluere incerto casu res humanas, necesse crimen sine vindice. Testis mihi eris, hyerosolima, urbs sacrilega, superis et hominibus invisa, tantò terribilius experte Divinae irae exemplum, quanto Diutius criminibus horrendis visus erat Deus indormiscere! Agite enim, vos corroboratae improbitatis homines, qui nullam putatis rerum humanarum procurationem ad Deum pertinere; conjicite oculos in urbem orbis miraculum, quamdiu fidelis Deo perstitit; redactam post modo in favillas et triste Bustum, postquam crimine omnium maximo pristinis sceleribus cumulum imposuit. Neque verò hostium furori tam lamentabilem urbis casum tribuite: irae humanae mitius saeviunt; neque

Sine Dei Numine factum est, ut a Tito omnium Principum humanissimo res ad impiorum terrorem adeo efficax peragere-tur. Superat fidem quod apud Judæum historicum de excitio urbis miserabilis legere est. Videres passim congestos vivorum mortuorum que hominum acervos; cives crudeliores hostibus civium insanguine exultantes; pereuntes fame per vicos quibus vel sua, vel hostilis manus pepercerat; matres, naturæ oblitas natorum carnibus rabidam saturantes famem; cædem ubique et incendia, ut nec superesset sceleratus sanguis, et humum inquinaret, sed flammis vindicibus continuo eliberetur et aresceret. Verum heu! nimium vates fuisti, Christe, cum tanto ante evertendam penitus urbem insanam lacrymabundus prædixeras. Agnosco, Deus æquissime, manum humanâ potentiorem. Felices gentis infidelis reliquiæ, quæ per orbem erratis, hactenus sedibus extorres, felices si ferientem manum tandem aliquando

agnoscatis! Ac vos, impii, miserorum exemplo sapite: discite esse in cœlo supremum rerum arbitrum, cujus imperio mortales omnes vel volentes, vel invitos parere necesse sit ——— ———

Non sunt musæ nostræ ita tristes aut feræ, ut nunquam hilarescant nec tantum abhorrent a jucunditate animi, et recta ratione definiatur: O nos profecto miseros, si palatiis regum atque Magnatum voluptas omnis ita contineretur, ut nulla ejus pars ad nostra quoque Tuguria pertinetet; si suas corpus delicias haberet animus delectatione sua orbaretur! Quod si ita est, quid ergo poëtæ fabulati sunt Apollinem suum, litterarum, ut vocant, parentem ac Magistrum, corpore vigentem, in ipso ætatis flore, ornatu ad lætitiam composito, omni decoris et elegantiarum genere delibutum? Quare ab is censetis imaginariam illam musarum sedem, in parte orbis pulcherrima collocatam, sylvarum amœnitate, frigiditate fontium, serenitate aëris, avium concentibus deliciosum? Quid Cytharam Appollo gestat? Quid illi chori saltentium Musarum atque ludentium? Quid Laurus illa perpetua viriditate constans? Quid illo demum fictitio deliciarum apparatu, voluisse censetis, nisi invitare homines ad scientiam, ad miniculo voluptatis et opinionem illam demere, quam vidimus imbibisse nonnullos. Consuetudine Litterarum animos efferari? Atque in ea re majores nostri, audentissimi sane homines et attenti, Poëtis suffragantur, qui scholis nostris suavissima illa nomina indiderunt, Academiæ, Lycæi, Ludi, ut iisdem nominibus quæ scientiæ domicilium appellarent, voluptas pariter appellaretur.

Français de la Version.

Nos Muses ne sont ici si tristes, ni si sauvages pour ne jamais s'égayer et n'ont point assez d'aversion pour les plaisirs de l'esprit, pourvu qu'ils soient fixés dans les bornes de la saine

raison. Que nous serions malheureux si le plaisir restait dans le palais des rois et des grands, si étroitement renfermé, qu'il n'eut pas la liberté d'aller aucune partie pour nos humbles chaumières, et que s'il corps jouissait seul des plaisirs et que l'esprit en fut privé! S'il en est ainsi, pourquoi les Poètes ont-ils feint leur Apollon qui se appellent le père des belles lettres, d'un corps vigoureux, dans la fleur de l'âge habillé comme pour le plaisir et orné de toutes les choses pour charmer à l'agrément et à la parure? Quelle cause croyez-vous les a porté à feindre la demeure ordinaire des Muses, pour l'ornement du monde le cours beau, par l'agrément des forêts, la fraîcheur des fontaines, la sérénité de l'air, et par le concert des oiseaux? Pourquoi Apollon porte-t-il une lyre? Pourquoi ce chœur de Muses chantant et dansant? Pourquoi le laurier orné d'une verdure perpétuelle? Enfin pourquoi ont-ils voulu qu'il fut entouré de toutes les délices possibles, si ce n'est pour attirer les hommes à la science par le secours de plaisir et pour leur ôter cette opinion que quelques personnes ont prise, que l'étude continuel de la science rend les esprits sauvages! C'est pour cela que nos anciens hommes très soigneux de toute faveur ont feint le tempérament des Poètes en donnant à notre classe ces choses agréables d'Académie, de Lycée, de jeu et tout ainsi comme les mêmes choses aux Poètes consacrés aux Muses et aux plaisirs.

Fortis omnia quasque vir nil metuit.

Non alium de animo vemit robur quam a bonique arte, et quam a contemplatione naturæ. Quem enim non hic ipse (terre motus in campania) non hic ipse casus adversus omnes fortunas erexerit? Quid est cur ego hominem aut æram, quid aut sagittam aut lanceam, homam. Majora me pericula exspectant. Flumina libum et terræ, et magnæ naturæ partibus, fatemur. Jugentis itaque animo mos provocandus est, alive nos, aquo vasto que impetu aggrediatur, alive quotidiano et vulgari exita: Nihil refert quam minus vemat, quantumque sit quod in nos trahat, quod a nobis petat minimum est. Hoc senectus a nobis abstulerit, hoc aurium dolor, hoc ex nobis humoris corrupti abundantia hoc cibus parum obsequens stomacho, hoc per levior offensus. Pusilla res est hominis anima, sed ingens retentus optimus status animæ, hanc qui contempserit securus vivebit, Maria perturbari: Etiam si illa omnes excitaverit venti, etiam, et hanc, aliqua perturbatione mundi. Totum in terra vertoris

Oceanum, securus aspiciet fulminantis cœli trucem et horridam faciem; frangatur licet cœlum et ignes suos in exitium omnium imprimis suum misceat. Securus aspiciet ruptis compagibus dehiscens solum; illa licet inferorum regna retegantur, stabit super illam voraginem intrepidus, et fortasse quo debet cadere desinet.

82

Suite de la Version précédente

Quid ad me, quam sint magna quibus pereo? ipsum perire non est magnum: proinde si volumus esse felices, si nec hominum nec deorum nec rerum timore vexari, si despicere fortunam vacua promittentem, levia immittentem, si volumus tranquille degere et ipsis diis de felicitate controversiam facere, anima in expedito esse habenda. Sive illam insidiæ, sive morbi petent, sive hostium gladii, sive insularum cadentium fragor, sive ipsarum ruina terrarum, sive vastavis ignium, urbes agrosque pari clade complexa cum libet illi, eam accipiat. Quid aliud debeo, quam exeuntem hortari et eam bonis omnibus amittere? Vade fortiter, vade feliciter; nihil dubitaveris reddere. Non de re, sed de tempore est quæstio. Facis quod quandoque faciendum est. Nec rogaveris, nec timueris, nec te velut in aliquod malum exituram, tuleris retro. Rerum natura te, quæ genuit, exspectat, et locus melior ac tutior. Illic non tremunt terræ, nec inter se venti cum magno nubium fragore concurrunt, non incendia regiones urbesque vastant, non naufragiorum totas classes sorbentium. Metus est, non arma contraria disposita vexillis et in mutuam perniciem multorum millium par furor, non pestilentia et ardentes promiscuè, communes populis cadentibus rogi. Istud leve est; quid timemus? Grave est; paucius Sennet incidat, quam semper impendeat.

Obsessi a Philippo Abydeni

Abydeni primo tormentis per muros dispositis, non terra modo adeuntes aditu arcebant, sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant. Postea cum et muri pars strata ruinis, et ad interiorem raptim oppositum murum cuniculis jam perventum esset, legatos ad regem, de conditionibus tradendæ arbis, miserant. Paciscebantur autem, ut Rhodiam quadriremem cum sociis navalibus attalique præsidium emitti liceret, atque

ipsis urbe excedere cum singulis vestimentis. Quibus cum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset adeo renunciata haec legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit, ut ad Saguntinam ut ad Saguntinam rabiem versit, matrones omnes in templo Dianae, pueros ingenuos, virginesque, infantes etiam cum suis nutricibus, in Gymnasium includi juberent: aurum et argentum in forum deferri, vestem pretiosam in nave Rhodiam Sysicenamque, quae in portu erant, conjici; sacerdotes victimasque adduci, et altaria in medio poni. Ibi delecti primum, qui ubi caesam aciem adiuorum, pro diruto muro pugnantem vidissent, extemplo conjuges liberosque interficerent. Aurum, argentum, vestemque, quae in navibus esset, in mare dejicerent; tectis publicis, privatisque quam plurimis locis possent, ignes subjicerent; et se facinus perpetraturos, praeeuntibus execrabile carmen sacerdotibus, jurejurando adacti: Tum militaris aetas, jurare neminem vivum, nisi victorem, acie excessurum.

Suite de la Version précédente

Et memores Deorum, adeo pertinaciter pugnaverunt ut cum nox praelium diremptura esset, rex prior territus rabie eorum, pugnâ abstiterit. Principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat, cum paucos et confectos vulneribus ac lassitudine superesse praelio cernerent, luce primâ sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt. Hic auro argentoque, quae coacervata erant, accepto, hominum praedam omnem amisit. Tanta enim rabies multitudinem invasit, ut repente proditos rati, qui pugnantes mortem occubuissent perjuriumque aliis alii exprobrantes, et sacerdotibus maxime, qui, quos ad mortem devovissent, eorum deditionem vivorum hostis fecissent, repente omnes ad caedem conjugum liberorumque discurrerent, seque ipsi per omnes vias tethi interficerent. Obstupefactus

eo favore Rex, suppressit impetum militum et triduum se ad moriendum Abydenis dare dixit. Quae spatio plura facinora in se victi ediderunt quam infesti edidissent victores; nec nisi quem vincula aut alia necessitas mori prohibuit, quisquam vivus in potestatem venit.

83

Francais de la Version

Ceux d'Abydos n'oubliant pas les Dieux combattirent avec tant d'opiniâtreté que comme la nuit allait mettre fin au combat, Philippe le premier le fit cesser: Les principaux de la ville qui étaient chargé de la partie la plus atroce du crime voyant qu'un très petit nombre de leurs compatriotes revenaient du combat, accablés de blessures et de lassitude envoyèrent sur le point du jour des prêtres avec leurs ornements pour lui rendre la ville à Philippe. Celui-ci s'empara des amas d'or et d'argent; mais il ne put faire aucun prisonnier. En effet une si grande fureur s'empara de la multitude qui pensant que ceux qui avaient été tués dans le combat avaient été trahis, se reprochant les uns aux autres leur parjure et blâmant principalement les prêtres qui avaient rendu vivants à l'ennemi ceux qu'ils avaient devoué à la mort, qu'ils exterminèrent aussitôt leurs femmes et leurs enfans et se tuèrent eux-mêmes par tous les moyens possibles. Le Roi étonné de leur rage retint l'ardeur de ses soldats et donna aux Abydeniens 3 jours pour mourir. Dans cet espace ces vaincus se firent plus de mal que ne leur en auraient fait les ennemis vainqueurs. Excepté ceux qui enchaînés ou retenus autrement, Philippe ne fit aucun prisonnier

Version

Colendus animus; ad libertatem eundum spretis calcatisque cupidinibus.

Si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, quâ et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, quâ solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis, et sanguine suo madens diem ducat, quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunæ ictus invictus excipiat, ut conjectus, ut conculcatus exsurgat? Corpus enim multis eget rebus, ut valeat; animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multâ potione opus est, multo oleo, longâ denique operâ: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensâ. Quidquid facere te bonum potest, tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? Velle. Quid autem melius potes velle quam eripere te huic servituti quæ omnes premit, quam mancipia quoque conditionis extremæ, et in his sordibus nata, omnimodo exuere conantur? Peculium suum quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant: Tu non concupisses quanticumque ad libertatem pervenire, quæ te putas ill illâ natum? Quid arcam tuam respicis? Qui non potest.

Itaque in tabellas vanum conjicitur nomen libertatis; quam nec qui emerunt habent, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet istud bonum, a te petas. libera te primum metu mortis: illa nobis primum jugum imponit: deinde meta paupertatis. Si vis scire quam nihil in illâ mali sit, compara inter se pauperum et divitum vultus. Sæpius pauper et fidelius ridet; nulla sollicitudo in

alto est; Etiam si qua incidit cura, velut nubes levis transit. horum qui felices vocantur hilaritas ficta est aut gravis et suppurata tristitia; et quidem gravior, quia interdum non licet palam esse miseros; sed inter aerumnas cor ipsum exedentes necesse est agere felicem. Omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos si despoliaveris.

84

Version --- Amor canum in dominios

Obstupuit quondam detrusi in vincla Sabini
Roma canem, nullis abigi de carcere plagis
qui potuit. Praeceps alto de ponte Sabinus
mittitur in Tiberim, manibus post terga revinctis.
Pronus et ipsi Canis saltu se jecit in amnem,
Et dorso exanimum sustentans impare corpus
Maluit in mediis occumbere naufragus undis,
Quam domino superesse suo: Mirabile visu
Prodigium moerens populus spectabat, amorem
infractamque fidem cane demiratus in uno.
Nec minus attorem Galli stupuere Molossum;
Aeternum facti monimentum curia pictis
Servat adhuc muris: Nudos in imagine dentes
Exerit et lacero victor canis insidet hosti.
Illius ante oculos dominus clam vulnere caeco
Conciderat, multo fundens cum sanguine vitam.
Visus deinde canimedia Sicarius aula
Vindictam stimulat, memoresque resuscitat iras.
Ergo virum sine more ferix latratibus argens,
Indicium ostendit sceleris, poenamque reposcens,
Irruit; et quanquam Sicarius iret in armis,
Solaque protegeret pietas spectanda Molossum,
hostica vindicibus deus morsibus ilia rupit.

Vanière

Mors Germanici.

Ad uxorem versus, per memoriam sui, per communes liberos, oravit, exueret ferociam, sævienti fortunæ submitteret animum, neu regressa in urbem æmulatione potentiæ validiores irritaret. hæc palam et alia secretò, perquæ ostendere credebatur metum ex Tiberio. Neque multo post extinguitur, ingenti luctu provinciæ, et circum jacentium populorum. Indoluere exteræ nationes regesque; Tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes, visuque et audita juxta venerabilis, cum magnitudinem et gravitatem summæ fortunæ retineret, invidiam et arrogantiam effugerat.

Funus sine imaginibus et pompâ, per laudes ac memoriam virtutum ejus celebre fuit. Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, magni Alexandri fatis adæquarent. nam utrumque corpore decoro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum suorum insidiis externas inter gentes occidisse: Sed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, uno matrimonio, certis liberis egisse. Neque minus præliatorem; Etiamsi temeritas abfuerit, præpeditusque sit, perculsas tot victoriis Germanias servitio premere: Quòd si solus arbiter rerum, si jure et nomine regio fuisset, tantò promptius assecuturum gloriam militiæ, quantum clementiâ temperantiâ, cæteris bonis artibus, præstitisset.

Idque satis fuerat, nostrumque petentia lethum
Corpora missa neci salva pietate fatemur:
Sed quam danda neci tam non epulanda fuerunt,
Longius inde nefas abiit et prima putatur

hostia sue meruisse ~~vel~~ mori quia semina pando
eruerit rostro, spemque interceperit anni.
Ita caper morsâ Bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris; nocuit sua culpa duobus.
Quid meruistis oves, placidum pecus, inque tuendos
natum homines, pleno quae fertis in ubere nectar?
Mollia quae nobis vestras velamina lanas
praebetis, vitâque magis quam morte juvatis?
Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque
innocuum, simplex, natum tolerare labores?
Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
qui potuit, curvi dempto modò pondere aratri,
Turicolam mactare suum, qui trita labore
illa; quibus toties durum renovaverat arvum,
tot dederat messes, percussit colla securi.
Nec satis est, quod tale nefas committitur, ipsos
inscripsere Deos sceleri numenque supernum
caede laboriferi credunt gaudere juvenci.
Victima labe carens, et praestantissima formâ
(nam placuisse nocet) vittis praeniquis et auro
Sistitur ante aras, auditque ignara precantem,
imponique suae videt inter cornua fronti
quas coluit fruges, percussaque sanguine cultros
inficit, in liquidâ praevisos forsitan undâ.
Protinus ereptas viventi pectore fibras
Inspiciunt, mentesque Deum scrutatur in illis
Unde fames homini vetitorum tanta ciborum est?
Audetis vesci genus o Mortale? quod auro
Ne facite et monitis animos advertite nostris:
Cumque bonum dabitis caesorum membra palato,
Mandere vos vestros scite et sentite colonos.

Anima Leonis grave, Ursi pestilens. Contacta halitu ejus nulla fera attingit. Citiusque putrescunt afflata reliquis. hominis tantum infici natura voluit pluribus modis et ciborum ac dentium vitiis, sed maxime senio. Dolorem sentire non poterat; tactu sensuque omni carebat, sine qua nihil sentitur. Eadem commeabat, recens, exitura supremo et sola ex omnibus superfutura. Denique hæc trahebatur e calo. hujus quoque tamen reperta pœna est, ut neque id ipsum, quo viveret, in vita juvaret. Zarthorum populis hoc præcipue et a juventa propter indiscretos cibos. namque et vino fœtent ora nimio. Sed sibi prouris medentur grano assyrii mali, cujus est suavitas præcipua, in esculenta addita.

Elephantorum anima serpentes extrahit, cervorum urit. Diximus hominum genera, qui venena serpentium tactu corporibus exigerent. Quin et subus serpentes in pabulo sunt et aliis venenum est. Quæ insecta appellavimus, omnia olei aspersu necantur. Vultures unguento qui fugantur, alias appetunt odores. Scarabei rosam: Quasdam serpentes scorpio occidit. Scythæ sagittas tingunt viperea sanie et humano sanguine: irremediabile id scelus mortem inimico affert levi tactu.

Nilus

Nilus ante exortum caniculæ augetur mediis æstibus, ultra æquinoxium, hunc nobilissimum amnem natura extulit ante humani generis oculos et ita disposuit, ut eo tempore inundaret Ægyptum, quo maximè usta fervoribus terra undam altius traheret tantum hausura, quantum siccitati annuæ sufficere possit. Nam in ea parte, quæ in Æthiopiam vergit aut nulli imbres sunt aut rari, et qui insuetam æquis cœlestibus terram non adjuvent. Unam Ægyptus in hoc spem spem habet. Proinde aut sterilis annus aut fertilis est, prout ille magnus influit, aut parcior. Nemo aratrorum aspicit cœlum. In arenoso et sitienti solo et aquam inducit et terram. Nam cum turbulentus fluat, omnem in siccis atque hiantibus locis fæcem relinquit; et quidquid pingue secum tulit, arentibus locis allinit, juratque agros duabus ex causis, et quod immedat, et quod oblimat. Ita quidquid non adiit, sterile ac squallidum jacet. Si crevit super debitum, nocuit. Mira æquè natura fluminis, quod cum cæteri amnes abluant terras et eviscerant, Nilus tanto cæteris major, adeo nihil exedit, nec abrudit, ut contra adjiciat vires, minimumque meo sit quod solum temperet. Illato enim limo arenas saturat ac jungit; debetque illi Ægyptus non tantum fertilitatem terrarum, sed ipsas. Illa facies pulcherrima est, cum jam se in agros Nilus ingessit. Latent campi, opertæque sunt valles, oppida insularum modo exstant. Nullum in Mediterraneis nisi per navigia, commercium est; majorque est lætitia gentibus, quo minus terrarum suarum videant.

Iole, Dryopis soror, fatum ejus narrat miserabile.

Est lacus acclivis denexo margine formam
tittoris efficiens; summum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum nescia, quoque
indignere magis, Nymphis latura coronam;
Juque sinu puerum, qui nondum implenerat annum
dulce ferebat onus, tepidique ope lactis alebat.
haud procul a stagno Tyrios imitata colores
In speem baccharum florebat aquatica lotos.

Carpserat huic Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret, flores, et idem factura videbar;
Namque aderam; vidi guttas e flore cruentas
Decidere et tremulo ramos horrore moveri.
Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,
Lotos in hanc Nymphe fugiens obscena Priapi
Contulerat versos servato nomine vultus.
Nescirat soror hoc; quae cum perterrita retro
iret et oratis vellet discedere Nymphis
haeserunt radice pedes; convellere pugnat,
nequicquam nisi summa moret: succressit ab imo,
Totaque paulatim lentus premit inguina cortex.
Ut vidit conata manu laniare capillos
fronde manum implevit; frondes caput omne tenebant.
At puer Amphisus, namque hoc avus Eurytus illi
Addiderat nomen, Materna rigescere sensit
Ubera, nec sequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis, opemque
Non poteram tibi ferre, soror; quantumque valebam
crescentem truncum, ramosque amplexa, morabar;
Et fateor, volui sub eodem cortice condi.

Suite.

Ecce vir Andraemon, genitorque miserrimus adsunt
Et quaerunt Dryopen: Dryopen quaerentibus illis
ostendit Lotos tepido dant oscula ligno,
Affusique suae radicibus arboris haerent.
Nil nisi jam faciem, quod non foret arbor, habebas,
Cara soror, Lacrymae misero de corpore factis
irrorant foliis; ac, dum licet, oraque praestant
Vocis iter tales effundit in aëra quaestus:
Si qua fides miseris, hoc me per numina juro
non meruisse nefas; patior sine crimine poenam,
Viximus innocuae. Si mentior, arida perdam
Quas habeo frondes et caesa securibus urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
Et date nutrici, nostraque sub arbore saepe
Lac facitote bibat, nostraque sub arbore ludat.

Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet,
Et tristis dicat: Latet hoc in stipite mater.
Stagna tamen timeat, nec carpat ab arbore flores,
Et frutices omnes corpus putet esse Dearum.
Care vale conjux, et tu Germana paterque,
Et, si qua est pietas, ab acutae vulnere falcis
a pecoris morsu frondes defendite nostras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est,
Erigite huc artus et ad oscula nostra venite,
Dum tangi possum, parvumque attollite natum.
Plura loqui nequeo, nam jam per candida mollis
Colla liber serpit, summoque cacumine condor.
Ex oculis removete manus; sine munere vestro
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Desierat simul ore loqui, simul esse, diuque
Corpore mutato rami caluere recentes.

Junon à Annibal.

Quo ruis, o vecors? majoraque bella capessis
Mortali quam ferre datum? Immo inquit: et atram
Dimovit nubem, veroque apparuit ore,
Non tibi cum Phrigiores, laurenti ve colono.
En age, namque, oculis amota nube parumper,
Cernere cuncta dabo: surgit quâ alsus ad auras
aspice, montis apex, vocitata palatia regi
Parrhasio, plenâ tumet en resonante pharetrâ
Intendit que arcum et pugnas meditatur Apollo.
Et quâ vicinis tollit se collibus altae
molis aventinus, videns ut Latonia virgo
accensas quatiat Phlegetontis gurgite taedas,
exertos avide pugnae undata lacertos?
Parte aliâ cerne ut saevis gradivus in armis
Impleverit dictum proprio de nomine campum.
Hinc Janus movet arma manu, movet inde Quirinus,
Quisque suo de colle Deus. Sed enim, aspice, quantus
Aegida commoveat, nimbos flammasque momentem,
Jupiter, et quantis pascat ferus ignibus iras.
Huc vultus flecte atque aude spectare Tonantem,

Quas hyemes, quantos, concusso vertice, cernis
Sub nutu tonitrus, oculis qui fulguret ignis!
Cede Deis tandem, et Titania desine bella.

Silius Italicus

Ad Divitem.

Quae est ista in commemorandâ pecuniâ tuâ insolens jactatio? Solusne tu dives? Quid si ne dives quidem? Quid si pauperes etiam? Quem enim intelligimus divitem? Aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit, qui nihil quaerat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus oportet tuus te judicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuae. Si nihil sibi deesse putet, nihil curet amplius; concedo, dives es. Sin autem propter aviditatem pecuniae, nullum quaestum turpem putas, si quotidie fraudas, decipis, aufers, eripis; si socios spolias, si aerarium spolias, haec utrum abundantis, aut egentis signa sunt? Animus hominis dives, non arca appellari debet. Quamvis illa sit plena, dum te inanem videbo, divitem non putabo. Etenim ex eo, quantum cuique satis est, metiuntur homines divitiarum modum.

Illud est probabilius neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnes in eo quod sciunt, satis esse eloquentes. Illud verius, neque quemquam in eo disertum esse posse, quod nesciat; neque, si id optime sciat, ignarusque sit faciendae ac poliendae orationis, diserte id ipsum posse, de quo sciat dicere. Quamobrem si quis universam et propriam Orationis vim definire complectique vult, is Orator erit, meâ sententiâ, hoc tam gravi dignus nomine, qui, quaecumque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter, et composite, et ornate et memoriter dicat, cum quâdam etiam actionis dignitate. Sin cuipiam nimis infinitum videtur quod ita propono, licet hinc, quantum cuique videbitur, circumcidat, atque amputet; tamen illud tenebo, si, quae caeteris in artibus aut studiis sita sunt, Orator ignoret, tantumque ea teneat, quae sint in disceptationibus, aut in usu forensi; tamen his de rebus ipsis si sit ei dicendum, cum cognoverit ab iis, qui tenent quae sint in quâque re; multò Oratorem meliùs, quam ipsos illos, quorum ea sunt artes, esse dicturum.

Compositio

De Studio dicendi

Nihil mihi praestabilius videtur quam posse dicendo tenere hominum coetus, mentes allicere, voluntates impellere quò velis; unde autem velis, deducere. Quid enim est aut tam admirabile quam ex infinitâ multitudine hominum existere unum, qui id, quod omnibus naturâ sit datum, vel solus, vel cum paucis, facere possit? Aut tam jucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis, gravibusque verbis ornata Oratio et polita? Aut tam potens, tamque magnificum quam populi motus, judicum religiones unius oratione converti? Age verò, quid esse potest in otio jucundius aut magis proprium humanitatis, quam sermo nullâ in re rudis? hoc enim uno praestamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, et quid exprimere dicendo sensa possumus. Quamobrem quis hoc non jure miretur, summeque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno homines maximè bestiis praestent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ac ne plura, quae sunt penè innumerabilia consecter, comprehendam brevi; sic enim statuo perfecti Oratoris moderatione et sapientiâ, non solùm, ipsius dignitatem, sed et privatorum plurimorum et universae Reipublicae salutem maximè contineri. Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes; atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut et vobis honori et amicis utilitati, et Reipublicae emolumento esse possitis.

Animarum nulla in terris origo inveniri potest: Nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terrâ natum atque fictum esse videatur; nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. his enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis cogitationis habeat; quod et præterita teneat, et futura provideat, et complecti possit præsentia: Quæ sola divina sunt. Nec invenietur unquam unde ad hominem venire possint, nisi a Deo. Singularis est igitur quædam natura atque vis animi, sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Itaque quidquid est illud quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, celeste et divinum est, ob eamque rem æternum sit necesse est. Nec verò Deus ipse qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam, et libera; segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens, ipsaque prædita motu sempiterno.

De Galba et Vespasiano.

vetus in familiâ nobilitas magnæ opes, Galbæ medium ingenium; magis extra vitia quàm cum virtutibus, famæ nec incuriosus, nec venditator; pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus publicæ avarus; amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens: si mali forent usque ignarus. dum vigebat ætas militari laude apud germanias floruit; major privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.

Vespasianus acer militiâ, auteiret agmen, locum castris capere, noctu diuque concilio ac si resposseret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix agregario milite discrepans. Satis decorus etiam Græcâ et facundiâ omniumque, quæ diceret atque ageret, arte quâdam ostendator, ipse adire, hortari, bonos laude, segnes exemplo, incitare sæpiùs quam cohercere; vitia magis amicorum, quam virtutes dissimulans. multos præfecturis et procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore

percoluit, egregios viros et nova summa adeptos.
fuisse Statuariam artem familiarem Italiæ et Herculem
indicat Hercules ab Evandro sacratus, ut ferunt, in foro boario,
qui triumphalis vocabatur, atque per triumphos vestiebatur habitu
triumphali; proterea Janus geminus a Numâ rege dicatus,
qui pacis belliquæ argumento colebatur, digitis ita figuratis,
ut trecentorum quinquaginta quinque dierum numero, per
significationem anni, temporis et ævi se Deum indicaret;
signa quoque Tuscanica, per terras dispersa, quæ in Etruriâ
factitata nouem dubium. mirum mihi videtur, cum statuarum
origo tam vetus in Italiâ sit, lignea potius aut
fictilia Deorum simulacra in delubris dicata, usque
ad devictam Achaiam, unde luxuria. in M. Scauri ædilitate
tria millia signorum in scena fuere temporario theatro.
Mummius devictâ Achaiâ replevit urbem. multa et
Luculli invexere. Rhodi tria millia signorum esse
Mutianus ter Consul condidit, nec pauciora Athenis,
Olympiæ, Delphis, esse credebantur. quis mortalium
ista persequi posset? aut qui usus noscendi intelligatur?
evecta supra humanam fidem ars et successu,
mox et audaciâ. in argumentum successûs unum
exemplum afferam, nec Deorum hominumve
similitudinis expressæ: videbatur in Capitolio,
priusquàm id conflagravit a Vitellianis incendium,
in Cellâ junonis, canis ex ære vulnus suum lambens,
cujus eximium miraculum et indiscreta verè
similitudo non eo solum intelligebatur, quod ibi
dicata fuerat, verùm et nova satisfactione:
nam summa nulla par videbatur; capite tutelarios
cavere pro eâ instituti publici fuit. audaciæ
innumera sunt exempla et modo excogitata
statuarum quas colossæas vocant.

Poesis definiri potest ars liberalis quae hominum actiones imitatur aut moribus prosit. Discrepat à Rethoricâ in eo maximè, quod ratione diversâ utatur ad persuadendum, nempè propositis exemplis et actionibus, aut honestis quas sequamur, aut pravis quas fugiamus; nec tantum demittat orationem in aures, verum etiam oculis quodam modo subjiciat, denique delectationi plus indulget quam Rhetorica et prodesse delectando nititur. Historiae verò dissimilis meo est, quod historia veritatem ita complectatur, ut ab eâ nequeat sine flagitio descedere. Poësis non tam quid verum sit, quàm quid simile vero spectat; non quaerit quid gestum fuerit, sed quid fieri maximè vel debuerit vel potuerit. Non haustas ab historiâ pingit actiones; eas ut ita dicam facit, sive certis circumstantiis et adjunctis ornat, ita ut quasi materiae suae sit artifex: undè à faciendo, quod Graecis ποιειν nomen invenit; cum enim perfectissima erudiendis moribus proponi debeant exempla, quae vix in hâc vitae mortalis conditioni tot naevis inquinatae reperiantur. Studet Poësis eos removere naevos et virtutem omni labe purgatam exhibere.

Veteres, Teste Tullio, omnium rerum quae ad mores hominum, quae ad vitam, quae ad virtutem, quae ad Rempublicam pertinebant, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione jungebant. Non humile quiddam et abjectum est instituere pueros ut nullò perperàm suspicantur. Quemadmodum enim caeleste unusus est sapientia et vera virtus, imò caelestium donorum longè maximum, sic eas tradere divinum opus et officium est. Cum si nihil tam divinum homo habet quàm de aliis bene mereri, ubi mereri de aliis potest melius, quàm ea tribuendo quibus mens humana depulsis ignorantiae tenebris purissimâ luce collustratur, et voluntas vitiorum laqueis expedita in libertatem vindicatur. Praeceptor igitur non modò omnium noscat bonarum artium, sed etiam virtutum ipsarum societatem cognationemque necesse est; nec habeat vitia nec ferat, seduli patris ac piae matris viscera omnes in discipulos expromat; non austeritas ejus tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odium, hinc contemptus oriatur.

Nonne pusilli est ingenii sui ipsius mala non videre, cum nemo sit vel etiam inter absolutissimae virtutis homines, qui situs non laboret quibusdam, et cui aliquid non desit boni? Nonne est parvi et exigui ingenii aliorum virtutes et bona non perspicere, quippe cum nemo sit vel etiam inter illos quos vel maximè despicit arrogans, cui non insit aliquid boni, qui virtute aliquâ non emineat, et fortassè non sit ipso praestantior? Exquis est, si modo vera dicere voluerit, qui non fateatur exilis esse animi arrogantiam? Scilicet Arrogans ea quae sibi attribuere audet bona non capit, et nimio suâ amore obcaecatus iis bonis effertur quibus caret: ex utroque tamen fonte oritur arrogantia. Quaequidem minimè utilitatibus suis consulit; imò stulta est et demens; Est enim è re cujuslibet hominis honorem exhibere superiori, ut sibi illius amorem conciliet; et benevolentiam inferiori, ut hic laetus jussa celeriter exsequatur; pari denique ut amicitiâ, ut beneficiis nostris pellectus, beneficia nobis vicissim rependat.

Non minus stupendae illae sunt, quae in hominum moribus, quàm quae in rerum naturâ fiunt commutationes. Ut cultis agris exitiosa tempestas, sic ferveus et ad imperitandum multitudini natus animus Reipublicae maximè formidandus. Si fortè ignem concipiant subterranei motus, speciem totius regionis naturamque convertunt, incendiisque semel excitatis, ubi floruerant urbes potentissimae, ibi saepe campus existit aridus et horrenda solitudo. Legum antiquissimarum fondamenta non semel concussit animus audax et praeceps, evertitque Imperium, vel optimè constitutum.

Sunt etiam admirabiles bellorum vicissitudines. Amplissimam olim heroum segetem protulit ipsa regio, quae mane jacet servituti obnoxia. Ideò Romanorum invasere Imperium populi Septentrionales, quòd corporum vel robustissimorum certis limitibus definita est vita. Tandem aliquandò comminutae sunt machinae illae, quibus Roma sese extulerat, multisque saeculis vires obtinuerat suas. Cujus infelicitatis illa causa fuit, quòd ipsa aut nullum omnino, aut certe opibus divitiisque impurem hostem haberet. In adhibendis cautionibus necessariis incuria, luxus, superbia, crebra de Imperio certamina, primam huic orbis universi reginae calamitatem importârunt, cui, ut a Barbaris penitus affligeretur, ultimus ictus fuit infigendus. Quis nosce valeat annon apud posteros eventurae sint aeque stupendae mutationes? his in terris eadem quasi fabulae semper in scenam reponuntur; mutantur actores, existunt personae, laduntque cupiditates uno quodam veluti tenore, qui non aliis quam ipsâmet hominum vitâ, terminis concludetur.

Virtus, Voluptas et Hercules.

Cum primis in annis somno jaceret Hercules ille qui tanto robore tot susceptis laboribus, tot devictis monstris, tot debellatis hostibus clarissimus futurus erat, sese in bivio quodam consistere somniavit; et dum dubitaret utram eligeret viam, ipsi repente apparuerunt duæ Deæ, hinc virtus, illinc Voluptas. Virtus erat ore modesto, præ pudore demissis in terram oculis: In fronte eminebat verecundia; in toto corporis habitu sese explicabat candor animi et spirabat integritas; sed tamen nescio quid severitatis præ se ferebat et austeritatis. Voluptas contra erat læto vultu, natantibus gaudio oculis, fronte, risu, verbis ad delicias compositis, capillis nodo negligenter at venustè connexis; illam læti risus festivique joci comitabantur. Utra ad sua quasi castra Herculem adduceret ambæ contendebant acriter.

Dearum ad aspectum subito obstupescere Jovis filius, utramque diu considerare attente; virtutis virilem pulchritudinem, verendam oris dignitatem, augustam totius habitûs majestatem; voluptatis formosam speciem et effeminatam intueri.

Suite

Aspice me, fili carissime, dicebat Voluptas, ut juvenem heroa ad sese pelliceret; aspice me, dubitare potes an rivali anteponenda sim, an ego, cujus ad aras quotidie confluunt mortales, amorem tuum merear, an tuum mihi pectus et animum offerre debeas? Me teque considera: vide quam pulchro ætatis flore vigeas, quanto robore corporis, quanto tum generis tui nobilitate, tum corporis proceritate cæteris præstes mortalibus. Me duce, te sequetur felicitas et te in suavissimo deliciarum ~~de~~ omnium flumine immergam. Spes animo præcipe jucundissimas, et Deæ potentissimæ quæ te beare cupit noli resistere.

Sic locuta est Voluptas. Hercules vehementer augebatur, quid faceret nescius; sed Virtus, ut Jovis filium ad se traheret, sic est eum allocuta: Nescis, ô Nescis, hercules, quam præsenti verseris in discrimine. Sequere me potius, ô Divum sanguis! Per me heroes mille adeant imprevidi pericula, per me immortale nomen et æternam gloriam consequuntur, et post obitum in nobilissimo Deorum cœtu recipiuntur. Neque te terreat tristis quæ est in vultu meo severitas: non asperitatis, sed generosæ fortitudinis certissimum est indicium. Aures insidiosis obstrue vocibus, sperne Voluptatem, illius illecebras et gaudia mellis sapore mentito condita; eò perniciosius est Voluptatis venenum, quo majore est arte occultatum. O quanta, auspice me, patrabis, hercules! Leones tu devinces crudelissimos, monstra edomabis, hostes

debellabis ferocissimos; me duce, totum terrarum orbem beneficiis tuis tibi devincies; me duce gloriam consequeris immortalem. Nunc utram nostrum sequi cupias vide.

Cum hercules inter Virtutem et Voluptatem fluctuans quò se vertat nescit; Ad hanc vadit, redit ad illam; nunc Voluptatem sequitur, nunc Virtutem; mirum in modum dubitat, æstuat, angitur; tandem Virtutem Voluptati anteponit et illi sese totum devovet, pulchræ laudis amore succensus.

Version

Dominum invidiam æquo feret animo, si quis secum reputaverit, quibus ex rebus illa soleat ali et excitari. Nimirum ex insigni aliquo animi ornamento nascitur; ita ut eo carere sese qui invidet fateatur, et in eo cui invidet residere. Quare quid ad leniendam invidiæ molestiam præsentius esse potest, quàm si in te inesse aliquid, vel adversariorum tuorum judicio, reputes, quo iidem longo abs te intervallo superentur, et quod assequi se posse diffidant? Quid enim aliud illi cogitant, nisi te habere aliquid quo privari se atque à te vinci iniquissimè ferant? hoc cogitant, dixi: Quasi non palam omnibus in dictis factisque suis, dum detrahunt, dum lacerant, dum nullum calomniandi mordendique finem faciunt, istud ipsum magnâ voce pronuncient.

Si ad facultates et copias sine dedecore parandas

Annibalis Ingenium.

Missus Annibal in hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit. Amilcarem viventem redditum sibi veteres milites credere: eumdem vigorem in vultu, vimque in oculis habitum oris lineamentaque intueri. Deinde breri efficit ut pater in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit. Itaque haud facile discerneres utrum imperatori an exercitui carior esset, neque Asdrubal alium quemquam præficere malle, ubi quid strenuè ac fortiter agendum esset: neque milites alio duce plus confidere aut audere. Plurimum audaciæ ad pericula capescenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris patientia par: cibi potionisque

desiderio naturali, non voluptate modus finitur: vigiliarum
somnique, nec dia nec nocte discriminata tempora; id quod
gerendis rebus superesset, quieti datum; ea neque molli strato, neque
silentio arcessita: multi sopte militari sagulo opertum humi
jacentem inter custodias stationesque tutatum conspexerunt. Vestitus
nihil inter aequales excellens: arma atque equi conspiciebantur.
Equitum peditumque idem longe primus erat: primus in proelium
ibat, ultimus conserto praelio excedebat.

Quis magnam tantae ubertatis ingenii, tantae dicendi copiam profecto reperiet,
qui Latinorum tam laudare possit, ut non semper, cum plurima dicerit,
plura tamen omisisse videatur? Omnia quae homines expetunt in vita
cujuscunque generis et tam digna illa sint, nulla res existat, aut facilius
quam eruditione ac litteris acquiri, conservari, amplificari queunt.
Ille quam rei familiaris angustiae pressum, ut eo se expediat et
ad moderatam opum mediocritatem pervenire queat, quae ad
rem faciendam via aut honestior aut expeditior aut facilior est?
Quam multos exterminis et exili patrimonio, aut juris scientia aut medendi
arte Rhetor ad maximas divitias pervenisse videtur? Nam cum
plerumque dictitant ex omnium nostrarum arborum numero duas modo
illas frugiferas esse ac fructuosas, ceteras earum sterilis
ac infecundas, in eo vanitatem vitiorum ac mendacii facile ex ipsa
re arguit. Ita autem error ex eo natus potissimum est, quod doctrinae
mediocriter magnos afferre fructus non potest, ingens excellendum
est, qui magna et praeclara concupiscunt. Sit non simul atque
paulatim ultra prima elementa progredi summus, quia non in non
continuo opes et honores conferuntur, ja core litteras dimittamus.

Ita a Natura constitutum illud est, ut ab hominibus orta
excellentissima quaeque lenti primum crescant progressibus,
confirmata vim aliquandiu vigeant, mox que in diuturna concitatissimo
cursu praecipitentur ab infirmis et mortalibus hominibus quo quo
proficiscatur, caducum et mortale est. At istius scientiae, splendida
illa ingeniorum lumina quorum sors aeterna est, quippe quae adeo
ipso profluant, nostra fragilitatis haec insecta concidant ac pereunt:
eat, licet per se firmae ac stabiles, delet dies. Eadem est
earum quae nostra mortalitas. Eruditionem ignorantia, subtilitatem
sagacitatem, barbaries expulit elegantiam. In tenebris
immersae jacent scientiae et praeclarae artes, unde post

multa secula magnis laboribus tandem erutae prodierunt, donec alicui quidam ac secundâ solertiâ expetatae revivescant. Quotiam pertot secula abierant illa eloquentiae fluenta, uberrimi illi doctrinarum fontes, qui in Graeciam et Italiam olim influxerant? Ea saltem majores nostri viderunt, eorum nitorem patres demirati sunt. Nunc verò decrescere incipiunt brevique fortasse exarescent. Occiderunt summi viri, similes alii non oriuntur: multi desidiâ torpescunt ingenia, servida illa aemulatio, tot in scientiis miracolorum, tot in artibus prodigiorum secunda parens: assiduo et pertinaci labore vix tandem opus exstructum inertissima desidia sensim labefactat ac deaedificat.

In dignitatibus augentur amplissimis, quam luctuosa plerumque, quam funesta eorum conditio est. Saepe maximis in premuntur omnium, quos colentium modo venerantur vulgus. Curae quae omnia sunt, innumeris conficiuntur molestiis: gravissima eorum vincula sunt, quippe quae aurea. Quo molestia quidam decori ratione coacti laetam exhibent vultu serenitatem. Quibus lacrymis dolorem suum fallet inops in humili tugurio, ab iis temperant necesse est. Quamvis plurimae sunt ipsi gemendi causae, tamen nefas. Illud in cumulum doloris accidit, quod eos ipsum dolorem oportet comprimere. Si tormentum iis capere liceret, foret eorum conditio dolenda minus. Sed heu! tam principibus viris jamdudum habitat et circum eorum cubilia volitat ingens turba curarum.

Eheu! quid ego dicerem vitam hominum mihi perpetuum fontem malorum? Quod quoniam verum sit, singulos vitae status certissimis comprobant argumentis: hoc omnes praedicare videntur aetate. Eequid enim nostris objicit oculis spectaculum nascentis hominis conditio? Corpori omnibus, rebus indiget omnibus. Manus tenelli ejus artus constrictis fasciolis quasi totidem vinculis et in cunis quasi in carcere jacentis, quibus afflictus dolore miserabiles ille quos emittit vagitus, quibus per reliquam vitam complectabitur mala videntur auspicio praenunciare certissimo? Quam somnos incipit edere et titubantibus stare gressibus, nihilo sane felicior. Imbecillus adhuc gravi est et labori fortunae; levis est; animum sagax nunc huc vertit, nunc illuc; quodcunque prosequebatur odio, illud amat brevi, et sorte erat odorat; ira subito exardescit, et repente defervescit. Angitur nisi rem optatam mox assequatur; hanc assecutus

respuit; modò lætus ridet, modò tristis lacrymatur. Quid plura? Varios singulis horis vultus, sicut et sensus mutat. Animus stultus et inconstans non nisi summo labore summoque tædio edoceri potest.

Suite de la Version Précédente.

Attamen ad adolescentiam pervenit, corroborantur membra, crescunt simul et scientia et cupiditates. Ille nec rationem, nec sapientiam duces sequitur ac magistras, in omnes prorumpit libidines. Bombici similis, stultitiâ suâ contextis tegitur velis; quo obductus velamine verum non potest aspicere, illud ipse densat; in eâ quam sibi ipse offudit, reptat caligine, eo miserior, quòd amat vincula quibus constringitur. Sed mox ea fastidit. Virilem assequitur ætatem; maturescit animus; tum modò gloriæ cupiditate, modò in rivales invidiâ, modò inexplebili divitiarum siti vexatur et augitur. Omnia impavidus adit pericula; ludum, voluptates et dulces obliviscitur somnos; gravissimos suscipit labores, ut ad magnas dignitates sibi sternat iter. Sed dum ità torquetur, obrepit senectus importuna. Quam ubi semel attigit, defervescit quidem cupiditatum æstus; at multiplices morborum formæ quasi facto agmine ingruere videntur. Mille corpus ejus occupant et sensim vires extenuant ægritudines. Languet homo senex, tristis ac morosus; hunc alii derident, oderunt alii, fugiunt omnes. Semper illum territat horrenda propinquæ mortis species; singulis horis timore concutitur, quippe ante oculos ejus versatur apertum sepulchrum: tandem mors advenit et æternâ eum obruit oblivione. Ad hunc scopulum alliditur inanis hominum superbia.

Inter sui generis homines celeber erat olim Pastor quidam, Begus nomine; ille aliorum bona nunquam desiderans, paupertate suâ contentus erat, imò eximiâ æquitatis et sapientiæ famâ agricolas inter et ovium custodes florebat. hos inter si quæ lites exorirentur, utrinque arbiter electus judicia ferebat æquissima. hujus sapientiam cum audivisset Persarum Rex prudentissimus et optimus virtutis æstimator, perspicacissimè intelligens quam utile sit regno præesse virum quem nec fortunarum exagerandarum cupido commoveat, et qui populos non ut servos existimet, sed qui homines vel pauperrimos æquales ducat, Begum pastorem ex agris rusticâque vitâ ad Imperii regimen evocavit. Illius oculos tam inexpectatæ fortunæ splendor non perstrinxit, eâ moderatè usus est et in eo munere Regi pariter et populis operam dedit et industriam.

Sed hujus virtutis et æquitatis invidia quosdam excitavit aulicos ut Begi perniciem molirentur. Primum maximis illum cumulavere laudibus ut suspicio aliqua in eum incideret; deinde non apertè, sed clanculum et furtim Begum criminati sunt, scilicet illum magnificas ædes et palatia immenso sumptu extruxisse omniaque ibi splendidissimis decorari aulæis, gemmis et auro radiare; tum verò secretis in conclavibus ingentes nummorum acervos et Regiis longe majores gazas inclusisse; non tutum fore imperium tandiu quamdiu privatus homo tantas possideret divitias; illum fortunâ ferocem magna moliri. Et ita perfidi et calumniatores Aulici isti in Imperatoris venas secretum infundebant venenum.

Suite.

Rex ab aulicis deceptus Begum suspicatus est; at rem tantam non alii sed sibi explorandam statuit committere. Itaque insontis Begi domum subitò venit inexpectatus: avidis singula perlustrare oculis, rimari, nihil tamen nisi modestum reperire; divitias illas quas tantopere invidi jactaverant aulici non videre; jam illos ipsos suspicere, et Begi innocentiam agnoscere. hæc dum secum reputat, secretiorem januam tribus munitam seris subitò animadvertunt Begi accusatores et regi ostenderunt. Jam triumphabant aulici, Begi certam perniciem rati; ex ore crudelis eminebat lætitia. Stupefactus Rex ipse recludi jubet januam, Begum increpans quod clausam habuerit. At Begus quod illud conclave clausum fecerit sese purgat, vere suos illic Thesauros servari, Thesauros dulcissimos et aliis omnibus divitiis longe pretiosiores. Aperitur ostium fluctuantibus omnium animis; sed inexpectatos sanè Thesauros obtulit, et quibus non inviderent aulici, vestem pastoritiam, pedum et fistulam. Quantâ vos lætitiâ perfusus video, ô veræ divitiæ, exclamavit subito Begus! hæc mihi resumere per te liceat, Rex augustissime; per quidquid est tibi carissimum precor. Sed Rex Begi miratus innocentiam, suam ipsius vestem exuit, et, qui maximus honor est apud Persas, Bego circumdedit et ejus accusatores meritâ pœnâ affecit.

Et prudentissima veritò insta tutae leges, ut principibus
vobis vectigalia pertractaremus; quà quidem lege et potè
justissimâ nemo est qui non teneatur. Cum enim eorum gloriâ
conservatur publica salus et populorum salutaris, id gratè animis
debet memoria, ed ipsa utilitatis nostrae ratio, postulat, ut et
fortunas nostras ipsi nobis certissimas, et vota supplicia pro
ipsorum incolumitate numquam cessemus. Et certè si principum curis
et providentiâ contingat, ut procul à provinciis calamitas atque
tempestates absint, id à civibus nostris accuratis bellorum
vastitas, nonne ex imperatis pecuniis multò plus utilitatis ad
eos, à quibus exigantur, quàm detrimenti? Neque verò id
nostrum est inquirere quemadmodum consertantur quae exigantur,
quae sit ea imperandi necessitas aut cuinam cui bono. De
principum est providere, qui plus quàm alii sapiant ac videant,
debeantque publicae rei cautè prospicere. Vos plerumque
multitudinis animus prospicit quae et quanta malis civitatibus
impendeant, et quid consultò, quid secus sit opus. Unum
illorum quod ad est malo communi populi cogitò scrunt aliquid
detrahi de bonis et commodis suis, ut communis consulatur
utilitati. Qui tamen, si jure sua acturi cernerent, im-
perata pecunia sponte et alacriter conferrent, cogi
haud absimiles, qui, quos serre prius non poterant, cum
rumidis laboriosa gaudent. Sed cadem à quibus abhorrebant,
amicâ nonnunquam valetudine vim eorum blandamdebigant et
labentium mentem animos deosculantur. ———

Sta omnes à Naturâ comparati sunt homines ut unum
adepti, aliquid aliud subitò consequi velint, nec illorum animus
intra certos limites potest contineri. Sed apud principes
praecipuè animi moderatione nihil est rarius. Vos provinciam
unam armis subegerunt cum gentes aliae debellare cupiunt et
imperio adjicere, servidos mentes coercere nequeunt impetus;
nec in victoriarum ardu spontè suâ subsistere. Sed Caesaris,
Anglorum Regis illa celeberrima, quâ fortitudine invictâ populos
saepè debellaverat sordidandos, animi sui moderationi nobi
tradidit exemplum eò majori dignum admiratione quod erat
et fortis et saepè victor. Regi illi mavis in littore cum
aulicis sortè deambulanti, ex aestuantibus quibus non est
principibus restitulla capitalis, quidam gratulatus est
quod Rex tantis et tanti Oceani dominus vere dicipossit,

nec non imperator. Sed principem ille vana assentatorie dicta
reflectere cupiens, cum octavus ad ultimum annum accederet, hunc
consedit et ita pelagus imperio è allocutus est: Macte
esto Domini tui predem ne tingas, refugiant fluctus tui; quem
tibi tuus prescribit limitem Dominus, ne excedas; huic
dicto sis obediens, temeritati tue frenum injicias. Dum
amatur ita loquentur, quid sibi velit nescientes
hic seria attonite desipere in illum oculis, modo in se
invicem, modo in regem aspicientes.

Eo quo tempore de cœlo devocare philosophiam et cum
singulis hominibus tum familiis etiam et urbibus ac regnis, quas
civitates vocamus, conciliare cœpit Socrates, certamen fere
perpetuum epotis ac discipulis interabit cum eo genere philosophorum
qui sophistæ tum dicebantur, quis quam virtutem, honestatem, justitiam
communicaret cum amicis Socrates, eam esse speciosam et faltibi
am dicerent, contenderentque sapientis esse ea tantum sequi quæ
essent utilia, quæ juvarent; cætera somnia esse inanium
verborum, nugas, umbras, nubes, ludibria. Successerunt his
voluptatis patroni et ipse princeps Aristippus Cyrenaici et Epicurei
processerunt; sed multo hi quidem jam modestiores, at qui idem
tamen clamarent non posse suaviter, hoc est cum voluptate
quam petebant ut finem bonorum, vivi sine honestate atque
virtute: quibus ita se objiciebant stoici, ut non finem modo
bonorum honestatem, sed solam bonam esse, solam
consectandam dicerent, solam ad bene beateque vivendum
sufficere, quasi non hoc ipsum voluptas, summa voluptas
sit, bene beateque vivere.

Quamvis dignitates et quæ illis adjuncta sunt populorum nobis quia hoc
fortasse habeant, ut hominum ambitiosi lenocinentur, tamen qui deceba
munera ante judicant, ita semper de summis honoribus habuere, ut prius ape
onerati potius quam onerate ne videantur. Nihil prius jam dignitate
fulget illustriusque; quippe qui supra cæteros mortales elati solo Deo minores
sunt. Sed quot et quantis solutum curæ circumstant si attentius perpendere
Nihil eorum non dictione gravius erit; et quo electiores sunt, eo plures adjunctas
onera ac pericula promptius erit colligere. Primæ res quidem omnia
lata, prospera omnia primo aspectu juvant; sed omnia ipsis brevi
vertuntur in tædium. Splendido diademate ornatur eorum frons,

sed sapius horret aculeis. Voluptatibus circumfluunt, sed quo plures illecebrae, eo minus animorum earumque insatietem tentatur ipsa varietas: sapius onerit ipsa amplitudo et in solio principi ardent augere et edaces curae. Quantum enimvero ipsi incumbit officium subditorum! Pater bonorum parentum vicem gerit; subditis quam liberis suis consulit, eaque carissima corporis tegumenta nemo est. Nullam non reipublicae partem tanquam sui nutrit; singulas provincias, singulas urbes familiasque, ut ita dicam, gestat in pectore. Ipsi providendum est, ut agricultura vigeat, ut floreat commercium, ut promoveantur artes ac scientiae, ut praemiis donetur virtus, vitia unquam coerceantur. Verbo dicam, tanta negotiorum varietate distrahitur et mole curarum oppressa anima, ut unum fieri multiplicem oporteat, et praeclare non minus quam vere dictum quidam dixerit Principem mori talentum et imperantem oportere.

Inter hominum ingratorum illi habendi sunt ingratissimi, qui, cum vitae commodis omnibus circumfluant, eum fatuo a quo bona in eos omnia derivantur non adorant. Neque solum illos deus a crimine ipsis dari debet, quod certum sit depravati animi argumentum; in insaperitia veri potest, quod non dubium existat omnino rationis indicium videatur. Quis enim hebes adeo stolidusque sit, quem vel invitum in admirationem non rapiant impensa in creatis omnibus summa cujusdam sapientiae vestigia? Si oculos attollit ad coelum, late tenditur, rapide volvitur, errabundis certa lege syderibus per noctem distinguitur, totam sacculante naturam sole per diem lustratur. effari intendat, lege sitto diriguitur. Irrigatur fontes, manant venis perennibus. Quid si contemplatur ver luxuriae floribus, aestatem fervenii mensibus, gratam autumni maturitatem, et deformitatem hyemis necessariam? sed haereat in corporis humani fabrica: quis ossa, velut trabes, quibus carnes sustentarentur, corroboravit? Quis nervos ac musculos flexile fecit ad motum? Quis venas excavavit ad continendam sanguinem, ne impotentius diffluat? Quis erexit vultus sublimesque in coelum oculos extulit? Quis tandem tot ac tam diversa in hominum vultibus lineamenta deprimavit ex quibus universi similes videntur inter se; ubi tamen propius inspiciuntur, singuli dissimiles inveniuntur: Ea si quis summo cuidam intelligentiae non tribuerit, majus ipse stupiditatis et insaniae prodigium erit.

Cogitanti mihi ac sapenumerò revolventi eam quæ Ciceronis morte secuta est, eloquentiæ ingeniorumque inclinationem, illud non unquam in mentem venit quod, extincto Alexandro magno de ejus acie scribit egregius rerum æstimator Plutarchus. Quemadmodum enim abeunte animâ, corpora non consistunt nec cohærent, sed dissolvuntur ac defluunt, sic Alexandro occidente, illa tot gentium victor exercitus capite quasi palpitare, concenti, evanuere. Perdiccas tamen, Selencus, Antigonus, aliique collabentem utcunque sustinentibus, ac tanquam spiritibus etiammum calidis per membra ad huc altrò citrò que incautibus, tandem omninò placerent, et cadaveris more stabilirent reges et se degeneres et principes animantium tanquam vermes procreavit. Ita fere, sublato Ciceronis illo Romanæ facundiæ Deo, statim eloquentiæ corpus elanguit; sic tamen ut calentem spiritum Oratores aliquot Senecæ, Plinii, tanquam plena adhuc animæ membra, exciperent ac tantisper etiam fovercnt. Sed tandem in mera Oratorum cadavera degeneratum est; et quibus illi qui secuti sunt, quid aliud quam sparsos cineres collegerunt et ad busta eloquentiæ lamentati sunt?

Germanicus, ubi finis aderat, adsistentes amicos alloquens

Si fato concederem, justus mihi dolor etiam adversus Deos esset, quod me parentibus, liberis, patriæ, intra juventam præmaturo exitu raperent: nunc scelere Pisonis et Plancinæ interceptus, ultimas precum ad vestros vultus voces, referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumventus, miserrimam vitam pessimâ morte finierim. Si quos spes mea, si quos propinquus sanguis, etiam quos invidia erga viventem morebat; illacrymabunt, quoniam florentem et tot bellorum peritum, muliebri fraude cecidisse. Erit vobis locus querendi apud Senatum, invocandi leges. Non hos primordium amicorum munus prosequi defuncturn ejusve querelas, sed quæ adversus meminisse, quæ non audere exsequi: flebunt Germanicum etiam ignoti; vindicabitis vos, si me potius quam fortunam meam fovebatis. Ostendite populo Romano Divi Augusti neptem, Antonia genitam conjugem meam: numerate sex liberos. Misericordia illis accusantibus erit; fingentibusque scelesta mandata aut non credent homines aut non ignoscent.

De Germania.

Argentum et aurum propitii an irati Dii Germaniæ negaverint, dubitat Cacitus. Regno, ait, ex nobilitate; duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas; et duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Nec coercere pariterve Deos vagæ in ullam humani oris speciem animalia, ex magnitudine cælestium arbitrantur. De minoribus rebus principes consultant, de majoribus

omnes: ita tamen ut ea quoque quorum penes plebem arbitrium est, apud
principem pertractentur. Illud et libertate vitium, quod non sigillatim nec jurati
conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctationi comitiorum absumitur.
Ut turba placuit, coniuratis armatis. Silentium per sacerdotes, quibus tum
coercendi jus est, imperatur. Mox reo sub principem, prout ortus cuique,
prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facinus redundant, audiuntur,
auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate. ———
Proditore et transfuga arboribus suspendunt Germani; ignavos
et imbelles et corpore infames, coeno ac palude, injecta insuper crate
mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi oporteat
dum puniuntur, flagitia abscondi.
Principe pro victoria pugnant, comites pro principe. Nec arare terram, aut
expectare annum tam facile persuaderis, quam vocare hostes et vulnera
mereri: pigrum quin immo et iners videtur sudore acquirere, quod possis sanguine
parare.
Nemo illic vitia ridet: nec corrumpere et corrumpi seculum vocatur. Plus quam ibi
boni mores valent, quam alibi bonae leges. Gaudent muneribus; sed nec
data imputant, nec acceptis obligantur. De reconciliandis invicem inimicis,
et jungendis affinitatibus, et adsistendis principibus, de pace denique
ac bello plerumque in convivio consultant, tanquam nullo alio tempore aut
ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens
non astuta, nec callida aperit adhuc secreta pectoris licentia loci: ergo
detecta et nuda omnium mens postera die retractatur: et salva utrimque
temporis ratio est: deliberant dum fingere nesciunt, constituunt dum errare
non possunt. ———

Cremutius Cordus accusatus quod editis annalibus Tarquinios
Marcum Brutum, et Cassium Romanorum ultimum dixisset in hunc
modum defensionem exorsus est:
"Verba mea vobis conscripta arguuntur; eo tamen Patrum innocuus sum,
Brutum et Cassium laudaverim, de quibus plurimi
composuerunt, nemo sine honore memoravit. Titus Livius
Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum
Augustus appellaret; neque id amicitiae eorum effecit: Scipionem,
Afranium, Cassium, Brutum, nusquam latronum et parricidas,
quae nunc vocabula imponuntur, saepe ut insignes viros nominat.
Et Asinii Pollionis scripta egregiam eorum memoriam
tradunt. Messala Corvinus imperatorem suum Cassium praedicabat,
et utrique opibusque atque honoribus perviguere. Marci
Ciceronis liber, quo Catonem caelo aequavit, quid aliud Dictator
Caesar quam rescripta Oratione velut apud Judices respondit?
Antonii epistolae, Brutis contiones, falsa quidem in Augustum

probra sed multa cum acerbitate habent. Carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur; sed ipse Julius, Divus Augustus et tulere ista et reliquere, haud facile dixerim, moderatione magis an sapientia: namque spreta excolescunt; si irascare, agnita videntur.

Non attingo Graecos quorum non modo libertas, etiam libido impunita: aut si quis advertit, dictis dicta ultus est. Sed maxime solutum, et sine obtrectatore fuit, prodere de iis quos mors odio aut gratiae exemisset: nunc cum armatis Cassio et Bruto ac Philippensis campos obtinentibus, belli civilis causa populum per conciones incendo? An illi quidem septuagesimam ante annum perempti, quomodo imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quidem abolevit, sic partem memoriae apud scriptores retinent? Suum cuique decus posteritas rependit: nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modo Cassii et Bruti, sed etiam mei meminerint.»

Egressus dein Senatu, vitam abstinentia finivit: libros per Aediles cremandos censuere patres, sed manserunt occultati, et editi.

Marcus Terentius reus quod Sejano amicus fuisset apud Senatum sit locutus est.

Fortunae quidem meae fortasse minus expediat agnoscere crimen quam ~~agnosce~~ abnuere: sed utcumque casura res est, fatebor et fuisse me Sejano amicum, et ut essem expetisse, et postquam adeptus eram, laetatum. Videram Collegam patris regendis praetoriis cohortibus, mox urbis et militiae munia simul obeuntem: illius propinqui et affines honoribus augebantur; ut quisque Sejano intimus, ita ad Caesaris amicitiam validus: contra quibus infensus esset, metu ac sordibus conflictabantur: nec quemquam exemplo ad sumo: cunctos qui novissimi consilii expertes fuimus, meo unius discrimine deffendam. Non enim Sejanum Vulsiniensem, sed Claudiae et Juliae domus partem, quas affinitate occupaverat, tuum, Caesar, generum, tui consulatus socium, tua officia in Republica capessentem colebamus. Non est nostrum aestimare, quem supra caeteros, et quibus de causis extollas. Tibi summum rerum judicium Dii dedere: nobis obsequii gloria relicta est. Spectamus porro quae coram habentur; cui ex te opes, honores; queis plurima juvandi nocendi re potentia: quae Sejano fuisse nemo negaverit: additos principis sensus, et si quid occultius paret, exquirere illicitum anceps; nec ideo adsequare. Ne, patres conscripti, ultimum

Sejani diem, sexdecim annos cogitaveritis: etiam Satrium atque Pomponium venerabamur: libertis quoque ac janitoribus ejus notescere, pro magnifico accipiebatur. Quid ergo? indistincta hæc defensio et promiscua dabitur? Imo justis terminis dividatur: Insidiæ in Rempublicam, consilia cædis adversum Imperatorem puniantur: de amicitiâ et officiis idem finis et te, Cæsar, et nos absolvet.

De Tiberii Morte.

Decimo Septimo Kalendarum Aprilis interclusâ animâ creditus est mortalitatem explevisse Tiberius: et multo gratantum concursu ad capienda Imperii primordia Caius Cæsar egrediebatur cum repentè adfertur redire Tiberio vocem ac visus vocarique qui recreandæ defectioni cibum afferent: pavor hinc omnes: et cæteri passim dispergi, se quisque mœstum aut nescium fingere; Cæsar in silentium fixus, a summâ spe novissima expectabat: Macro intrepidus opprimi senem Imperatorem injecta multæ vestis jubet discedique ab limine. Sic Tiberius finivit, octavo et septuagesimo ætatis anno. Morum tempora illi diversa: egregium vitâ famâque quod privatus vel in imperiis sub Augusto fuit: occultum ac subdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere: idem inter bona malaque mixtus, incolumi matre: intestabilis sævitia, sed obtectis libidinibus, dum Sejanum dilexit timuitve: postremò in scelera simul ac dedecora prorupit, postquam remoto pudore et metu, suo tantum ingenio utebatur.

Ad hominum commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea quæ gignuntur donata consultò nobis, non fortuitò nata videantur, nec solum ea quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur, sed etiam pecudes; quod perspicuum sit partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. Artes verò innumerabiles repertæ sunt, docente naturâ. Quam imitata ratio res ad vitam necessarias solertiâ consecuta est. Ipsum autem hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus tanquam satellites attribuit ac nuncios, et rerum plurimarum obscuras nec satis apertas intelligentias inchoavit, quasi fundamenta quædam scientiæ, figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano dedit. Nam cum cæteros animantes abjicisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cælique quasi cognationis domicilique pristini conspectum excitavit; Tum

speciem ita formavit oris, ut in eâ penitus reconditos mores effingeret. Nam et oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur; et is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores. Omitto opportunitates, habilitatesque reliquiæ corporis, moderationem vocis, orationis vim, quæ conciliatrix est humanæ maximè societatis.

Omnium quæ in hominum doctorum disputatione versantur nihil est profectò præstabiliùs, quàm planè intelligi nos ad justitiam esse natos, neque opinione sed naturâ constitutum esse jus. Id patebit, si hominum inter ipsos Societatem conjunctionemque perspexeris. Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus. Quod si depravatio consuetudinum, si opinionum varietas non imbecillitatem animorum torqueret et flecteret quocumque cœpisset, sui nemo ipse tam similis esset quàm omnes sunt omnium. Itaque quæcumque est hominis definitio, una in omnes valet. Quod argumenti satis est nullam dissimilitudinem esse in genere: quæ si esset, non una omnes definitio contineret. Etenim ratio, quâ unâ præstamus belluis, per quam conjecturâ valemus, argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus, certè est communis, doctrinâ differens, discendi quidem facultate par. Nam et sensibus eadem omnia comprehenduntur: et ea, quæ movent sensus, itidem movent omnium, quæque in animis imprimuntur inchoatæ intelligentiæ, similiter in omnibus imprimuntur: interpresque est mentis oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. Nec est quisquam gentis illius, qui ducem naturam nactus ad virtutem pervenire non possit.

Si homines, ut ait poëta, humani nihil a se alienum putarent, coleretur jus æqui ab omnibus: quibus enim ratio a naturâ data est, iisdem etiam recta ratio data est: ergo et lex, quæ est recta ratio in jubendo et vetando: si lex, jus quoque: at omnibus ratio, jus igitur datum est omnibus. Rectique Socrates execrari eum solebat, qui primus utilitatem a naturâ sejunxisset. Id enim quærebatur caput esse exitiorum omnium; unde enim illa Pythagoræa vox, amicorum bona esse communia et amicitiam æquabilem. Ex quo perspicitur, cum hanc benevolentiam tam latè longèque diffusam vir sapiens in aliquem pari virtute præditum contulerit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile videatur, sit autem necessarium, ut nihilo sese plus quam alterum diligat. Quid enim est quod differat, cum sint cuncta paria? Quod si interesse quidpiam tantulum modo potuerit, jam amicitiæ nomen nomen occiderit; cujus est ea vis, ut, simul atque sibi aliquid quam alteri maluerit, nulla sit.

Vitam mari Similem esse.

Vita mare est; res plena metu, res plena tumultu,
Utraque. Mortales, credite, vita mare est.
Neutri tuta fides; quot fluctibus aspera surgunt
Aequora, tot causas illa timoris habet.
Syrtibus infame est saxisque latentibus aequor,
Infamis scopulis est quoque vita suis.
Saxa, maris scopuli; vitae, suacinque cupido;
Hei mihi! Quot scopulus perdidit ille rates!
Et fluit et refluit rapiturque et volvitur aestu,
Et stabile in sola mobilitate mare est:
Aestuat et discors etiam sibi vita resistit,
Perque suos aestus nostraque nosque rapit.
Nec magis immite est pelagusquam vita, nec irae
plus habet, hoc monstris nec minus illa scatet.
Est maris, est vitae cursus metuendus et anceps;
Publica naufragiis utraque facta via est:
Cumque ars saepe domet fluctus vitae marisque,
Deficit ars dubiis utraque saepe malis.
hic primo, hic medio cursu perit, ille supremo;
Saepe etiam in porta naufraga turba sumus.

Vers Sapphiques.

Etiam in Solitudine turbam esse.

Quid juvat, turbâ procul, in remotis,
Solus ut vivas, habitare sylvis?
Quam tibi nescis dare, non datura est
Sylva quietem.
Sunt sui sylvis etiam tumultus,
Imminet tergo domini fugacis
Turba curarum, pariterque terris
Errat et undis.
Sive desertas Libyes arenas,
Seu petat Colchos et inhospitalem
Caucasi rupem, properet ve nigros
Exul ad indos;
Non minus velox equitem sequetur
Cura, nec puppim pelago volantem,
Ne leves mannos, neque concitatos
Deseret axes.
Dum fugit Romam sequiturque sylvas,
Ut latebrosam tetigit cavernam,
Portus, o salve, statioque navis
Porcius inquit:
hae quies et pax habitant sub antro,
hic pudor fluit pietasque sedem.
Inter has quis non comites beatus
Se sibi reddat.
hae mei rupes erit aula regni,
hic mei victor dominusque vivam;
hae dabit nobis, sua quod negavit
Regia Craeso.
Talibus frustrà sibi pollicetur
Otium infelix: redit e latebris
Tota mens Romam, mediâque rursus
Errat in urbe:
Crinis incultus jacet, ora pallent,
In cavos orbes oculi ~~redeunt~~ recedunt,
Ossa vix ipsis male juncta pendent
Arida nervis:
Roma sed nondum fugit; usque et usque
Flentis invitos oculos fatigat;
Non minus verâ stimulabat urbe
Urbis imago.

Jus et honestum est per se expetendum et colendum: quod si jus, etiam justitia; sic reliquæ quoque virtutes per se colendæ sunt. Quid liberalitas? Gratuita ne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita; si cum mercede conducta; nec est dubium quin is liberalis, benignusve dicitur, officium, non fructum, sequatur. Ergo item justitia nihil expetit præmii, nihil pretii; per se igitur expetitur, eademque omnium virtutum causa atque sententia est. Atque etiam si emolumentis, non suâpte naturâ virtus expetitur, una erit virtus quæ malitia rectissimè dicetur. Ut enim quisque maximè ad suum commodum refert quæcumque agit, ita minimè est vir bonus, ut, qui virtutem præmio metiuntur, nullam virtutem nisi malitiam puteat. Ubi enim beneficus, si nemo alterius causâ benigne facit? Ubi gratus, si non eum ipsi cernunt grati, cui referunt gratiam? Ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? Qui etiam deserendus et abjiciendus est, desperatis emolumentis et fructibus.

98

Etiam in turbâ solitudinem esse.

Vers Sapphiques.

Solus ut vivas animique liber,
Nil opus solo nemorum recessu.
Non satis nostris loca sola turbam
Mentibus arcent.
Solus est se fruitur, timoris
Et spei liber, cui pectus altum
Nec dolor mæstus neque vana tangunt
Gaudia vulgi.
Fervidos rerum licet interæstus
Degat et sævi fremitus Gradivi
Regna vertentes, sonitum ruinæ in=
= territur caudit.
Vincat hic, inquit, subigatque reges,
Sitque multorum dominus: quid inde?
Rurium est servus; suus esse nescit,
Sparsus in omnes.
Non facit regem pavidâ tenendum
Dexterâ sceptrum populique supplex
Vultus, et lætâ diadema rarò
Fronte gerendum.
Ipse sum regnum mihi, turbidæque
Dissideas plebi, neque miror emptas
Cædibus lauros, neque fixa regum
postibus arma.

Suite.

Sic suo gaudet sapiens recessu,
Seque tranquillus potitur Deoque;
Altior nimbis caput et propinquis
Inserit astris.

Solamen miseris socios habuisse dolores.

Dulce ~~mœ~~ mœrenti populus dolentum,
Dulce lamentis resonare gentes;
Lentius luctus lacrymæque mordent
Turba quos fletu simili frequentat.
Semper ah! semper dolor est malignus;
Gaudet in multos sua fata mitte,
Seque non solum patiuisse pœnæ.
Nemo quam sortem patiuntur omnes
Ferre, non fractis animis recusat.
Nemo se credet miserum, licet sit:
Tolle felices, removeto multo
Divites auro, removeto centum
Rura qui scindunt opulenta bobus,
Pauperi surgent animi valentes.
Est miser nemo nisi comparatus.

Suite

Dulce in immensis posito ruinis
Neminem lætos habuisse vultus.
Ille deplorat queriturque fatum
Qui secans fluctum rate singulari
Nudus in portus cecidit petitos;
Æquior casum tulit, et procellas
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui vidit tabulisque littus
Naufragis spargi. Tenuere questus
Et vir et Pyrrhe, mare cum viderent,
Et nihil præter mare in orbe toto,
Unici terris homines relicti.

Magistratûs hæc est vis ut præsit præscribatque recta et utilia et conjuncta cum legibus. Ut enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus; verèque dici potest magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum Magistratum. Nihil porrò tam aptum est ad jus conditionemque naturæ quam imperium sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.

Magistratibus igitur opus est, sine quorum prudentiâ ac diligentiâ esse civitas non potest, quorum descriptione omnis Reipublicæ moderatio continetur. Neque solùm iis præscribendus est imperandi, sed etiam civibus obtemperandi modus. Nam et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, et qui modestè paret, videtur qui aliquando imperet dignus esse. Itaque oportet et eum qui paret sperare se aliquo tempore imperaturum, et illum qui imperat cogitare brevi tempore sibi esse parendum; nec verò solùm ut obtemperent obediantque Magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque præscribimus, ut Charondas in suis facit legibus: inde Plato Titanum e genere statuit eos qui, ut illi cœlestibus, sic adversentur Magistratibus.

Vir magnus, Lucius Lucullus afferebatur quasi commodissime respondisset, cum esset objecta magnificentia villæ Tusculanæ, duos se habere vicinos, superiorem equitem Romanum, inferiorem libertinum, quorum cum essent magnificæ villæ concedi sibi oportere quodiis, qui tenuioris ordinis essent, liceret. Nonne vides, Lucullo, a te id ipsum natum, ut illi cuperent? Quibus id, si tu non faceres, non liceret. Quis enim ferret istos, cum videret eorum villas signis et tabulis refertas partim publicis, partim etiam sacris et religiosis? Quis non frangeret eorum libidines, nisi illi ipsi qui eas frangere deberent, iisdem tenerentur? Nec enim tantum mali est peccare principes, quanquam est hoc magnum per seipsum malum, quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. Nam licet videre, si velis explicare memoriam temporum, qualescunque summi civitatis viri fuerunt, talem civitatem fuisse; quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eamdem in populo secutam. Ego nobilium vitâ victuque mutato, mores mutari civitatum puto: quo perniciosius de republicâ merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem, neque solum obsunt quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo quam peccato nocent.

Quidquid Athenienses et Romani habuerunt amplitudinis, habuerunt ex celebritate. Quam cum ego apud me reputo, Romam aut Athenas versus respiciens, statim in circum, in plateas, in theatra, in forum repentino quodam impetu abripior. hic dum singula perlustro, menti attonitæ omnium quæcunque ad illustrandam vel superstitum personam, vel peremptorum manes excogitata sunt, observantur, ac sese explicant ornamentorum duæ quasi classes: altera pompæ et apparatuum quæ ludos solemnes, epulas triumphos; altera monumentorum quæ symbola, statuas, trophæa, domos et arcus triumphales continet; hæc ad memoriæ perennitatem stabilior, illa ad spectaculi jucunditatem splendidior, utraque ad celebritatem pertinens, utraque magnificentiæ plenissima. Quid enim ad declarandam alicujus gloriam luculentius, ad propagandam celerius, ad tutandam firmius, quam frequens populi spectantis concursus, plaudendis clamores, laudantis auctoritas? Quid ad repellendas tempestatum injurias solidius, ad frangendos invidiæ fluctus potentius, quam æneæ vel marmoreæ moles ipsâ Reipublicæ manu et positæ et custoditæ? Istos, istos fama volucri securâque tollit pennâ, pleno constantique circumsonat ore, quos sic honestârunt civitatis suæ studia: nec

postmodum tali auctoritate freta, tot suffragiis munita, reformidat obtrectationis temporumve labem. Istos, istos, obstantium hominum fatorumque victrix indefesso cursu per orbem deportans, infinitate quadam et immortalitate donat. Quid homo inter homines majus sortiri potest? Quid, si experiatur, jucundius experiri? Sed non quivis experitur. Est enim ipsum nonnunquam gloriæ munus adipiscenti sterile; sive fatorum fraude quæ viros optimè meritos paratis gaudiis subducunt et festivos honores funebribus antevertunt, aut commutant; sive insolenti fortunæ ludo, quæ ab oculis omni honore sublato suam ipsis interdum gloriam occultat et ejus rei conscientiam eripit quam spectare non suspicari tantum debuerant.

Plurima sunt, fuscine, et famâ digna sinistrâ
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus
Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes.
Si damnosa senem juvat alea, ludit et hæres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.
Sic natura jubet: velocius et citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeunt animos auctoribus. Unus et alter
Forsitan hæc spernant juvenes, quibus arte benignâ
Et meliore luto finxit præcordia Titan;
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnandis; hujus enim vel
Una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti; quoniam dociles imitandis
Turpibus ac pravis omnes sumus.....
Nil dictu fœdum et visu tua limina tangat;
Maxima debetur puero reverentia: si quid
Turpe paras nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

prædatrix: pulmo, jecur et dura ossa fatiscunt,
omnia Vulcano considunt hausta voraci
in cineres; volucri jactos ludibria vento.

Cor unum, cor virginei penetrale decoris
Sanctius illæsum est, et ovantvex igne triumphat.
ipsa suis est tuta minus Salamandra favillis.
I nunc, Angle ferox, et dic mæchamque magamque,
judice quæ flamma est insons: elementa pudorem
non benè damnatum absolvunt; jamque incubat ipsi
fama ingens busto, quæ late sparsa virescet,
dum genus hectoreum francis dominabitur arvis.

Quanta Palæstinis video miracula terris!
Diruta Balantûm caula, fit aula Dei.
Regificas præbent Christo præsepia cunas.
Et durum stipulis culcitra farta torum.
Vilia supremum stipunt animalia regem:
Cento que detritus membra tenella tegit.
Hoc ne satellitium? summi ne ea purpura regis?
Nonne ortus tantum dedecet iste ducem?
Imó humili puer infra hominem cum nascitur ortu;
Ortu supra hominem se probat esse suo.

Præpetibus plantis fugeret cum tergo prementem
Virgo Deum, invisos Daphne pulcherrima vultus
exuerat, fixis que solo radicibus hærens,
Laurus odoratis surgebat in aera ramis:
eximiam at mirans formam dotes que beatas
Delius, amplexu truncum ligat; = arbore, dixit, =
= te quando haud licuit dilectâ uxore potiri, =
= arbore te potiar. lauro sine fine virenti =
= aurea cæsaries nobis cingetur, eritque =
= æternâ lauro nostris coma vincta poetis. =
= Martia quin etiam umbrabis regumque ducumque =
= tempora, et implebis dextras, cum divite pompâ =
= scandent victores Capitoli immania templa, =
= teque ferent summo donum immortale tonanti. =

= Iulicet ardentes et Phoebi et Martis alumnos =
= formosa ante alias decet et fata iquibus arbos, =
= me tamen in primis, viridi que nudantia lauro =
= atria Parnassi quam sis mihi Chara docebunt. =
= fatidicos mecum faciet ad moenia; futuri =
= prosciat te mecum pariter, dicar que malorum =
= cum depulsor ego, pariter tibi mille juvandi =
= nomina erunt, et age morbos ac toxica, nigros =
= praecipitare fugam et lemures, larvas que jubebit. =
= quid tua quod virtus non enarrabilis, iras =
= contemnet jovis; et valido qui dejicit ictu =
= arboreum genus omne, actas ad nubila pedes, =
= et Cybeles matris succinctas vertice pinus =
= hirsuto, in que suas jaculatur fulmina quercus, =
= te discet revereri; et ovantum praemia laurus =
= tela triumphabit sudata Cydoniis atris. =

Argivâ fretus Cithaerâ Divinus Arion
traxerat Ausonias sylvas scopulos que sequentes,
formârat que rudes populos, partas que canorâ
arte ferebat opes, et onustâ nave redibat.
at latrante freto saevis que procacior austris
nauta comes, propriae factus jam praeda carinae
immanem populat gazam, dominumque sub undas
praecipitare parat. non sancti pondera summi
moverunt, lethi ve genus miserabile vatem.
= est, ait, est vates mortis contemptor et auri: =
= unum opto Cithaeran dulcem extremum impelle re chordas. =
quas simul increpuit digitis, nam copia facta est,
ad numerum micuêre greges pulmone carentûm,
Duxerunt choreas nexus per mutua palmis
Nereides, flatus que noti posuêre sonoros,
turgida mutantes arrectis auribus ora,
ventosa Triton compressit murmura conchae,
at Charum regi undarum rex ipse natantûm,

jam maris, et Coeli mox incola, carmine captus
insolito Delphin, modulantem et in alta ruentem
aequora, porrecto suscepit Ariona tergo,
supponensque oneri sese per aperta virentis
Tethios arva volat; premit imperterritus ille
vectoris pia terga sui, tractus que per udos
hunc fidibus blandis, ut habenis, flectit, equesque
hâc novus arte regit docilem, his calcaribus urget.
dorso inconcusso properans, sub onere amico
exultat ferus et tali sessore superbit.
tum salis emensus campos, tellure potiri
dat capiti sacro, tutâ que exponit in actâ.

Si Gallum varias ornat quae forma volucres
non decoret; si nec per collum effulgeat Iris
splendida, perque sinus, nec versicoloribus alis
clarior insideat gemmis et murice cultus;
si nec Luscinia cantu, nec Acanthidi certet;
Ô quanta exiguas compensant munera dotes!
flebilibus rupes moveat Philomela querelis:
ad Galli cantum trepidi fugêre Leones.
quin ubi caeruleis sol emersurus ab undis
jungit equos curru, lucis praenuncius ales
tum canit, et laetâ surgentem voce salutat,
ac tremulis plaudens diverberat ilia pennis.
ille etiam cantu currentes dividit horas,
tempora que ad varios metitur justa labores.
idem ubi devexos sol tingit in aequore currus,
dilectamque diem mundo eripit: anxius omni
nocte silet, donec fuso per membra sopore,
irrequieta brevi declinat lumina somno.
Dîs olim sacer, et coelo commercia inire
creditus, incertos que augur praedicere casus.
Roma adeo priscum servabat maxima morem,
Roma triumphatrix populorum, quaeque superbos,

imperium Oceano extendens, subjecerat hostes,
et Numidam, et Celerem Parthum, Cimbrumque ferocem,
ac detrectantes incassum fraena Sicambros,
horruit egregiae nutus cantumque volucris.
Nequicquam bellum, populo suadente, senatus
Censuerat; Gallus Romana edicta refixit:
et quamvis avidae statuissent signa cohortes;
ni facilis Gallus responsa aptata dedisset,
signa nefas ultra damnatis vellere castris.
praetereà gentem laté dominatur in omnem,
natus ad imperium. quin ipsi magnus honoris
sensus inest, grandique tument praecordia fastu,
et vinci pudor, et vincendi summa cupido.

Ibat secretae tacitus per devia silvae,
quo patris mandata vocant; sortisque futurae
ignarus, se se ad fratres Josephus agebat;
cum procul hunc tumulo venientem aspexit ab alto,
lanigeras dum pascit oves, turba impia fratrûm.
exarsêre animis ignes; subit ira nefandum
unanimes tentare scelus, conceptaque dudum
exsaturare odia, et sceleratas sumere poenas.
namque adeo infausti monitus, et conscia veri
somnia sollicitis memori sub corde recursant,
aegraque servitii turbant portenta futuri.
his super ante alios Simeon immanior omnes
accelerat, stimulisque haud mollibus aggerat iras.
= ergo, ait, et fratres facilemque impune parentem =
= despiciat puer, et fastu sublatus inani, =
= arroget ipse sibi quos non ambimus honores! =
= eia agite! ultrices tingamus sanguine dextras. =
haec ubi dicta, ruunt facto agmine, jamque trementem
hinc circumveniunt atque hinc, raptantque trahuntque;
ac veluti errantem solis in vallibus agnum
si quando vidêre lupi; mora nulla, furentes

in facilem insiliunt prædam, mactantque vorantque,
et tepido siccas restingunt sanguine fauces:
sic animis juvenum furor additus arma ministrat.
hic tenerum tundit repetito vulnere pectus;
insontes ferit ille genas; tunicam eripit alter
ex humeris, jactansque patris lacrymabile donum
ventilat, optati monimentum insigne triumphi:
interea pars innocuas in vincula palmas
ire jubet; pars mille vomit convicia linguis.
= I, morere, infelix! tales tibi somnia fructus =
= vana ferunt! sic ante pedes habitu que voluti =
= supplice te Dominum fratres et numen adorant! =
ille autem tristi gemitus de pectore ducens,
attollens que polo lacrymantia lumina frustrà,
lumina, nam geminas urgent fera vincula palmas,
= fata Deus, vobis inquit, meliora rependat; =
= nec tanto repetat, fratres, pro crimine pœnas! =
fallor! an hæc fuerit Christi morientis imago?
ille etenim æthereâ demissus ab arce parentis
imperio, jussus que humiles invisere terras,
et fratrum afflictis afferre levamina rebus,
immeritam accepit tanto pro munere mortem.

~~ibat~~ orabat tacitâ nemoris secretus in umbrâ
Christus, et humanam meditans sub corde salutem,
magnum opus, immensi contra genus omne doloris,
contra mille neces vario trepidantia motu
pectora et incertam firmabat robore mentem.
interea subito tellus emota tumultu
rumpitur, infernas que sinus vomit horrida turmas.
pars acuit clavos prædurâ in caute trabales:
pars vacuas fremitu horrifico flagra dira per auras
ventilat infrendens: pars insultare laborat
innocuo capiti, et circum sacra tempora flectit
horrentem dumis et acuto vepre coronam:

pars infame trahit magno molimine lignum,
unde animam exspiret, totique indebita mundo
victimae, non meritas fusо de sanguine poenas.
quin etiam Stolidae jactant convicia linguae:
= i, morere, exclamant, aut, si tibi tu minus potestas, =
= si Deus es, salvum manibus te surripe nostris. =
abstupuit dirâ perculsus imagine rerum:
membra tremunt; languent accito in corpore vires,
succidui que pedes sub iniquâ mole fatiscunt.
at dum ingens animus virtusque invicta timorem
contra obluctatur; fusus praecordia circum
hinc atque hinc magno depellitur impete sanguis;
nec venis jam sese continet: abjice rupto
praecipitat, largis que fluens de corpore rivis,
arentem tingit pretioso murice terram.
et jam poenarum ferali pondere pressus,
exitium capiti praesens arcere parabat;
cum subitò sese, aetherеâ delapsus ab arce,
exhibuit caelestis amor, collapsaque membra
attollens, revocansque novas in pectore vires,
= ergo, ait, ergo ratum est? hominum vis perdere gentem, =
= quam servare potes? nil te tot tristia fata, =
= Christe, movent? annе haec orbi promissa fides est, =
= cum Deus in terras solio delapsus ab alto, =
= indueres hominum fatis communibus artus? =
= eia age! quanta manet te gloria? quantus ubique =
= surget honos, ni te pigeat succumbere letho, =
= tristes que humani generis sarcire ruinas! =
vix ea fatus amor; Christus consurgit, et ultro
= vincis, amor, dixit; nulla est mora; pergere certum est, =
= quo me cumque vocas; ipsi que fit obvius hosti. =

orabat tacitâ montis secretus in umbrâ
franciscum, Christi que in imagine fixus, amanti
quod latus, et intentos oculos atque ora tenebat.
interea, totos lacerum crudeliter artus
dum videt, et lacris pia dividit oscula plagis;
sensit inexpleto succendi pectus ab igne;
et flamma impatiens, his questibus ora resolvit:
= meme, ad tuum, qui feci: animam cruce pendere ab altâ =
= debueram: lontem tormentum infame decebat: =
= at tu, noster amor, moreris, Deus, et mihi pendis =
= in lons, quas merui multo pro crimine poenas. =
= saltem, ah! ti liceat locium venisse doloris! =
vix ea, cum latè medium discedere coelum,
et ruptis fulgere videt de nubibus ignes:
fit fragor, et montis spatium sonat omne tumultu.
protinus ecce tibi lapsâ delabitur arce
Aliger, et multâ dat se se in luce videndum;
Christum habitu, Christum ore ferens: nam robore ab alto
pendet; utrimque manus clavi fixêre trabales,
et gemini fixêre pedes; latus ensis adegit,
lethali que recens manat de vulnere sanguis.
obstupuit subitâ perculsus imagine rerum
franciscus, cupidisque inhians dum singula lustrat
vila oculis, et corda nequit satiare videndo;
ilicet Aligeri de corpore quinque micantes
erumpunt radii, totidem lethalia dicas
spicula, franciscumque petunt, palmasque pedesque,
et latus optato ducunt mucrone recludunt.
quin etiam multis sanguis fluit undique rivis,
corpusque et laceras tingit nova purpura vestes.
nec dubiis impressa videt lacra vulnera monstris

sensit, et attonito se vulneris obtulit autor.
namque erum pentem lato de vulnere rivum
Julius excipiens manibus projecit in auras,
vociferans, oculos que truces ad sidera torquens,
" vincis, ait, vincis, Galilaee "! haud plura locutus
sacrilegam effudit multo cum sanguine vitam.

Ô Nimium felix trepidas qui deserit urbes,
et procul à strepitu rura beata colit!
Nunc nemus aut colles, nunc florea prata pererrat,
quae gelidus riguis rivulus ambit aquis.
Nunc viridis gaudet spatiari in margine ripae,
et sedet in molli, quem facit herba, toro.
Intereà volucrum concentibus insonat aer,
et strepit argutis aura nemusque modis.
Ô sylvae, loca grata! ô ruris amoena voluptas!
cur hic sollicitâ tristis in urbe moror?
est mihi limpidulis circumdata Villula limphis,
villula, quâ nusquam cultior ulla nitet;
seu genio Caeli, seu fertilis indole terrae,
lucus ubi aeterno veris honore viret,
huc procul à curis populique tumultibus ibo;
et mihi, vita animi, pax erit una comes.

La Méditation.

Soudain la scène change : au lieu de la gaieté,
C'est la mélancolie et la tranquillité ;
C'est le calme imposant des lieux où sont nourries,
la Méditation, les longues reveries.

Là l'homme avec son cœur revient s'entretenir,
Médite le présent, plonge dans l'avenir
Songe aux biens, songe aux maux, epars dans sa carriere ;
Quelquefois rejettant ses regards en arrierre
Se plait à distinguer dans le cercle des jours
Ce peu d'instants, helas ! et si chers et si courts,
Les fleurs dans un désert, ces tems où le ramène
Le regret du bonheur et même de la peine

Voluptatis Pericula.

Opes tibi Persia Indiaque coacervent, Aesus Rassusque suum te velint nepotem, si vixeris Apitius, Irus morieris. Pretiosa res voluptas, magno alitur ; magno stant ejus gaudia. Illa tamen quamvis deliciis affluat, vires atterit, invehit morbos obsidetque animum langore. Principio tenebras menti offundit, fraude abstineas aperta. Sensim furto ad arcem pergit et cauta emitetur. Praeludit igitur illecebris, omnes induit formas, suadens nihil esse timendum. Mox intus furentes ciet motus, ariete animum pulsat, dum, victo praesidio, mentis aulam everterit.

hippotite à Thésée

Assez dans les forets mon oisive jeunesse
Lar de vils ~~animaux~~ ennemis a montré son adresse.
Que ne puis-je en fuyant mi indigne repos,
D'un sang plus glorieux teindre mes javelots.
Vous n'aviez pas encore atteint l'âge où je touche ;
Déjà plus d'un Tyran plus d'un monstre farouche,
Avait de votre bras senti la pesanteur ;
Déjà de l'insolence heureux persécuteur
Vous aviez des deux Mers assuré les rivages
Le libre voyageur ne craignait plus d'outrages.

Sequentia Voluptatis periculorum.

Tum simul irrumpunt audacia, pasta nebulis ignorantia.
Juxta hæret timor, misere vexans animam. hæc inter
spreta mens domina non sibi magis paret; Quocumque
errat furore et libidine ducibus. Voluptatem despice
venenum porgit sub melle. Dulce malum est, Sardous risus,
Tyrannus vecors, genitrix morborum, hyems juventutis.

Cycnus.

Sic noctes diesque artant Lucinia vincere parentem cantus,
interdumque in certamine rumpantur. Non Linus, aut Chiron,
Orpheus ve hos docuit; hæc potius mundi gloria. Astrorum
orbe voce imitantur. Juvicem Cycnus et Zephiri se amant,
Inde illi cantus vere dulcior. Tunc immotum æquor; tunc
silet lati terra; stupet ipse polus. Dum volucris modulatur,
Mensisque divum hoc unum nectar. Cycnis non muta
senectus; Clarescit annis sonus suavior. Quippe illos
voluit Phœbus futura et mortem præscire. Ideo
carmen Geminant. Læti fatis deoque respondent, eumque
non taciti obvium lætho per Gramina.

C'est dans un faible objet, imperceptible ouvrage,
que l'art de l'ouvrier me frappe d'avantage.
Dans un champ de blé mur tout un peuple prudent
rassemble pour l'Etat un trésor abondant.
Fatigués du butin qu'ils traînent avec peine,
De faibles voyageurs arrivent sans haleine
A leurs greniers publics, immenses souterrains
Ou par eux en monceaux sont élevés ces grains
dont le père commun de tous tant que nous sommes
Nourrit également les fourmis et les hommes.

Racine fils.

Ruris amœnitas.

Rure vides quæ placent in tabulâ, volucresque audis, quas urbanus aspicit mutas. Ille sylvarum imagine, in veris gaudes umbris. Vel cœlo campisque fruens, soles frigusve captas, nec lateris urbe tristem agis vitam. Non obsident domum clientes, sed nec apud te subeunt curæ. nullus amores recitat, atque vocibus alituum arva sonant. Nullus tibi theatri aulea, sed memoris cum monte scena, rivusque aut amnis decurrens valle blandius obtectant.

Ruris amœnitas Suite.

Alia quid referam gaudia, sibi vivere, nihil dicere cujus pœniteat, non dente carpi maledico, non spe aut metu agitari, nec laudes hominum morari, sed ruri soles degere secretos, et inter spelunceas mores urbium dediscere.

O mihi si liceat rure senectutem solari procul a potentum regno, et civilibus undis! Quam piâ utar vitæ ratione, legens in flore res hominum caducas opesque Dei miratus, seu vere natura ludat colorum errore, sive in sylvis campisve truncos erigat de germine, aut uno e semine tegat agros messibus.

Ruris amœnitas — Suite.

Quid, si fas explorare vias naturæ, fructuum saporem, colorem ve florum mutare, vel maturare poma, vel hyemi transferre veris munera.

Quam felix hæc inter rure degam! Quò nondum avaritia scelus jurgiaque duxit, ubi avis sola dolos metuit, soli venti bella movent, nec tuba rumpit somnos, nec alter quam turturis gemitus auditur, strepitus, quam austri sibilus, vel murmur rivuli.

O ruris divina pax! ecquando liber ab urbe sectabor agrorum delicias, ignotusque omnibus

otia ducam, supremam sortem nec timens ne optans.

Jam die dumeta rubent, Phœbique fugit reditura soror. Labor exoritur durus, et omnes agitat curas, aperitque domos. Pastor gelidâ cana pruinâ grege dimisso pabula carpit; ludit prato liber aperto nondum ruptâ fronte juvencus. vacuæ reparant ubera matres. Errat cursu levis incerto molli petulans hœdus in herbâ. Pendet summo stridula ramo, pennasque novo tradere soli gestit quærulos inter nidos Thracia pellex; turbaque circum confusa sonat murmure misto testata diem. Carbasa ventis credit dubius navita vitæ, laxos aurâ complente sinus. Hic exesis pendens scopulis aut deceptos instruit hamos, aut suspensus spectat pressâ præmia dextrâ. Sentit tremulum linea piscem.

Judicium Paridis.

Cum in Idâ sedit pastor Phrigius, et cunnâ revocans errantes tauros audivit certamen formæ, tum matris currum Cupido sollicitus agitabat. Parvus humero arcus fulgebat, et, vetans timere Venerem monstrabat Pharetram. Ast alius comebat Cæsariem, alius vestem religabat, cum sic Venus: Ecce dies testis vestri amoris! de formâ certat Venus! Si vobis omnia tela mea dedi, si divum pater atque hominum rex, cum vultis stat supplex, referamus Cypron palmam de Pallade et de Junone. Paphos fumet centum aris.

Judicium Paridis — Suite.

Interea sonabat nemus incessu Veneris. Jam Pallas absque Ægide et Casside, sed compta tamen ibat, ferebatque luco vestigia concita. Parte alia intrabat Juno, latura judicium Phrigis fastusque, post Jovis toros. Postrema venus advenit ridens. Omnia circum nemora et speluncæ illius sacrum odorem spirant. Nec judex sedisse valet, effetuitque videri dubitasse. Sed victæ per æquor bella vexere, Trojaque cum judice excisa est.

---------- Au bord d'un précipice
D'une simple cabane il (l'art) pose l'édifice.
Le précipice encore en paraît agrandi.
Tantôt d'un roc à l'autre il jette un pont hardi;
A leur terrible aspect je tremble, et de leur cime
l'imagination me suspend sur l'abyme.

Bacchus et Senior Falernus.

Aureis ævi temporibus senior Falernus Massica colebat aratro juga. Ulmos nondum texebat vitis, alia nec noraut quam fontis pocula. Advenit forte apud eum Bacchus pergens ad Calpes littora. Nec piguit parva subire tecta. Ritu avorum ante focos mensæ nec senserat hospes Deum, sed grato celerabat studio, donec opes composuit, poma, lac et favos et dona Cerealia; primumque Vestæ libat honorem.

Suite —

Deesse suum laticem vetat Bacchus. Subito mero sunt pocula plena, querceoque cratere sudavit ab uva liquor. Cape, ait, munera olim tuum nomen pervulgatura. Latet tunc Deus. Chorimbi frontem cinxere, dextra pendet Cantharus, et vitis palmite mensas redimit. Nec facile certat falernus

sapori; postquam pocula iteravit, jam risum lingua et pede movet titubante, Liceoque grates conatur reddere donec somnus lumina composuit. Inde mane primo late Massicus uva florebat. Id montis decus, ex illo tempore tmolus, et Arvisia pocula Metimnaque cessere falerno

Les Fleurs

Fleurs charmantes! par vous la Nature est plus belle;
Dans ces brillants tableaux l'art vous prend pour modele:
Simple tribut du cœur, vos dons sont chaque jour
offerts par l'amitié, hazardés par l'amour.
D'embellir la beauté vous obtenez la gloire;
Le Laurier vous permet de parer la Victoire;
Plus d'un hameau vous donne en prix à la pudeur.
L'Autel même, ou de Dieu repose la grandeur,
Se parfume au printems de vos douces offrandes,
Et la religion sourit à vos guirlandes.

Mors Ciceronis

Ut ventorum furorem Tullius aspexit, vertite, ait, vela, et me ripæ reddite. Scilicet hanc gratiam patria persolvet hæc dicens graviter gemit, obortæque oculis lacrymæ. Quas etiam vix Nautæ tenuere, diuque obnixi nudis laxarunt vento Carbasa, statuerunt que tandem proram littore. Descendens mœstus Cicero membra trahit senex. Magna circumstat servorum turba, non periclo territa, nec adversis fidem fractura. Pars enses apparat, pars lectitiæ impositum ducunt, si possint fallere carnifices.

Suite

Sic ibat Cicero ille Romæ princeps, cum procul signa aspicit inimica, Popilium que minantem ense, cui olim vitam servaverat, unus urbs illum audiret mirans. Jam quoque sævus adest Herennius. Quid faciat? Num petat veniam? Num conetur flectere clientem verbis

hoc vetant virtus, ætas, amorque patriæ cadentis.
Vertite, ait, currus immeritam in mortem; Bruti Cassiique
vivite: Quod si nobis fata omnia non nocent, forsan non
erimus inulti. Jam mihi vixi satis; anteacta vita
jubet me non vereri oblivionem mortis. Occide, et
nepotes noscent cuncta dabuntque æternam famam

Mais loin ces monuments, dont la ruine feinte
Imite mal du tems l'inimitable empreinte.
Tous ces temples anciens récemment contrefaits,
Ces restes d'un chateau qui n'exista jamais,
Ces vieux ponts nés d'hier et cette tour gothique,
ayant l'air delabrée, sans avoir l'air antique,
Artifice à la fois impuissant et grossier.
Je crois voir cet enfant tristement grimacier,
Qui jouant la vieillesse et ridant son visage
Perd sans paraître vieux les graces du jeune âge.

heu! Bona fortunæ effugiunt, et ædes tali solo
fundata, in arena extruitur. et enim quo magis
est excelsa conditio, magis proxima ruinæ:
ferit fulmen pinos, et furore ventorum qui parcunt
humili aristæ, ruunt excelsæ ædes regum.
o felix nimium qui animo semper potest delere
vanam spem Gloriæ, cujus cupido corrumpit
Gaudium! hic procul urbe in domo captat
quietem, fugiens turbam; et ~~rur~~ ruræ
felici lætus, modicis opibus vota sua cohibet.
agros colit ab avis possessos, non quæ reus quid
Galli et Angli multis negotiis laborantes meditentur,
et solutus fœnore ridet mare tot tempestatibus
agitatum: et si forte observat, quid mali meditetur
Eurus et Auster, sola messis sollicitudini est.

Rex atque victor fuit, pauca cupiens, est locuples; et Dominus regnat in parva aula; nam casa est ipsi Lupara, prata, horti, vites, totidem sunt provinciæ; ita æquat Divitias regum ipsorumque tabulis contentus relinquit alii opes et fastum.

Suite.

Ante focum ille vincit fastidium senectutis, et senex tranquillè suspirat ubi quondam vagiit, cum esset adhuc infans. Messibus tempus supputat, dumque silvas longævas contemplatur, dicit: has sevi et pariter senexo. Per maria et fluctus non ille quærit alium orbem, ut terræ viscera, atque sinum naturæ aperiat, nec cupit vitam pulchrâ morte insignire; hoc putat gloriosum hoc tantum cupit mori lecto quo mortui sunt parentes.

ad urbanum rusticus amicus.

te qui urbem amas ruris amator salvere jubet. tibi dilectam urbem, colas; nobis placeant pre omnibus sylvæ. rure manent fides, piétas, pudor, innocentia, et quam non noscit urbs vestra simplicitas, virtutisque et justiciæ amor. si velis scire quid faciam: doctorum scripta perlegens, ex pendo sectas omnes philosophorum Græciæ, nulli addictus. nunc Platonis, nunc Aristotelis sententias laudo: jam Cynici, jam Pytagoræ dicta probo, mox Aristipus et Stoici placent; et Pyrrho qui semper est in Dubio: et modo Epicurus merctinet in horto. Sic apes mella, quærunt e floribus hymitti.

Suite

Verùm ubi permittunt otium studia, juvat modò secedere in sylvas, modò ad fontes requiescere, modò ~~[illegible]~~ novellas arbores scalpo purgare, et modò ~~purgare~~ flores irrigare. Mox placet lepores aut

Damas cursu persequi aut piscem hamare, aut turdis
retia tendere; 1 vers. Quis, quaeso, inter tot voluptates et gaudia
ruris, non ponat libenter curas quas habet venus aut
ambitio? 3 vers. Experior: mea laetitia hic turbatur nulla mea;
hic nullis nubibus dies mihi obscurantur. 2 v.

Hic mihi quies et silentia sunt, quae nil rumpere soleat
praeter modulos avenae pastorum avium que cantus et
murmur undae. 4 vers. Scilicet tantum virtutem peramans, 1 vers. fortunam
quaerendam et inconstantiam rerum, non hic cogor pati optimatum
fastidia. 1. Invidia abest et famae cupido. 1. non uror falso honore
non studio habendi. 1. in caeteris laetus, nisi quod non sumus
una. 1. Si voles igitur nos omnino fortunatos, 1. huc, amice, veni;
detectam urbem linquas, oro; et qui te multum amat festinet
visere veterem socium.

Eia agite, Juvenes, quos felici sub astro ortos
Alliciunt studia Minervae
Et quos incendit, sibique elegit discipulos;
Eia agite ac Musarum artes animo
Colite, dum juvenilis aetas mentes
Stimulat et potest pati labores;
Dum errorum expers melloque imbutus sapore
Animus nitet purus, et novitatis avidus
Exhaurit servatque praesentes species.

De quatuor anni partibus.

Vere credas mundum renasci:
Germina succo sunt turgida;
Recta recenter, tenera adhuc et debilis
Seges vix audet stare solo: Agris
Redit Zephyrus et penna
Mulcet flores, quibus picta
Sinum terra jam tum praeludit messi.
At mox crescit annus fortioribus viribus,
Cum redit aestas post finem veris 2
Deinde uberior fructibus
Tollit caput autumnus; atque hyemis tandem sequitur nix
et frigus. 2

De Poetico furore.

Sæpè in orbe suo Procul a nobis vagantur
Poetæ, quamvis videantur esse præsentes.
Vultis ut monstrem deprehendere hoc indiciis haud incertis?
Talem se Poeta (aspicite)
Præbet, cùm pectus furore Apollinis est percitum.
Hirsutum, veluti qui fanatico errore urgentur,
Crinem arrigitur, cacuminatasque habet aures,
Torva tuens: jamque pede ferire terram
Nunc pugno verberare caput, aut digito
Lædere; nunc pollice insistere dentem,
frontemque sibi caperare mœrore.

Equestris cursus ad pensilem annulum auferendum

Annulus pensilis ligno et facilis auferri patet orbiculo, per quem lancea insinuetur cursim et permeet cuspide. (3) hunc auferre certatim gaudent ferro. Pugna diu dubia; nec uno fato currunt. (2) Ille ~~cursum~~ cursum suum irrisus sine gloriâ conficit; hic metam lusu vano tangit; alius exultans animis malo errore impulsus est: Victoria spem et curam ridet hominum. (4) Post casus equitum varios dubiâ pugnâ, unus adest volans et ceu turbo rapitur et ducta fideli occupat aditum et meatum orbis exigui, et triumphat inter plausus hominum clangoremque tubarum.

Gallorum virtus bellica.

Licet tormenta vocant mille mortes, statim Gallus per manifesta pericula ruit et laudem quærit per vulnera. (3) Licet pugnator ab arce jaculetur fulmina, licet (2) flamma erumpens e terrâ sepulchrum reseret; continuò per arma, per flammas, per saxa, et anfractus locorum et aditus perfidos, (3) inter cædes, naturam superans et artem, tentat ire Gallus, et jam muri nutant (2) et ara obsessa tremit præruptâ rupe. (1)

Sol Oriens

Sol effert caput cælo et serenus terras aspiciens, hominibus reddit vitam cum munere lucis. (3) Illum omnis natura gaudet præverti honore justo. feræ et volucres salutant

motibus et voce lætâ quantum fas est;(3) Ipsæ fagi et Pinus videntur sentire syderis ortum sub cortice; et ad numeros movent frondes et murmure lætitiam testantur; et floribus inest par ardor, properant fundere gratum odorem.(5)

Febris

164

Cum vis febris invadit corpus(1)
Inguis qui supervenit vultum depascitur macies que excurrit et languent (2)
Oculi. Membra frigent alternatim (1)
Sudant alternatim. Sitis guttur (1)
Asperat. Stomache fastidium crescit, et virus lethiferum glisit per totos artus(2) Sopor insinuat, et quies febre crudelior intercipit animum cunctosque sensus.(2)

In pacem. Composition

fallor? Numè Cœlo novum lumen nitet, ac ridet dies alma tenebris pulsis et æther spirat odores ambrosios? Ecce inter nubes pax caput attollens protendit olivam Europæ. Ah! Redeas diu optata, et terras exhilara, ô pax Cœli filia: Redeas; Redeat copia.

Apum labores.

Cernis ad fontem et sub umbrâ arboris tares defensos crate viminea? hic apis exallens præ aliis formâ et arte, exercet Imperium; et felix operis, 4v. dispensat munera aurea genti quæ mel efficit. Intus quies ac simile quieti murmur, et sibilus aulæ tranquillæ. 3v. Ubique dulcis odor: redolent libati herbis rores, et succi è corticibus, et liquor lentescens floribus. 3v. Sed nec deliciis nec luxu pubes languet; ac quamvis non sit Regi aculeus quo puniat, attamen non absunt animi aut constantia
4v. aut curæ mirerum discrimina.

Scholasticus excusat garrulitatem.

Garrulus sum; si quid sit vitii, confitebor culpam commisissa, sed debeo laudari pro tali crimine. 2v. Garrit quidquid lætum et amabile est in mundo: 1v. Garrit unda et philomela, et apis, et echo. 4v. placet garrulitate, quoties fœmina est garrula.

Ingeniorum Corruptela

Proh! tempora! ô pudor! nunc subito ætas indocta. Musæ et artes Appollineæ vilescunt et sordent, dum falsæ laudis studio accensi juvenes recusant sequi antiquum iter doctorum, 4 et capti malesano amore rerum novarum sectantur nugas et ludicra. 2 Non tamen ars ingeniis nec mentibus deest sagacitas! sed animi qui rectum et verum odere amant figmenta. 2 Quin etiam probantur præcepta libris infandis tradita, veluti ratio deliret. 2 Plebs fumum, nugas et res inanes captat. 1

Ad Agnos.

Pascite, Agni fortunati, quos natura benigne respicit, et quibus per otium permisit ducere tranquillos dies et vitam innocuam. 4 Non vos tangit acervus auri et argenti, nec divitiæ quas Pactolus devolvit; præpositis auro sponte virentia gramina et herbas. 4 Contemnitis vinum, fatale munus, et sitim restinguitis aquâ. 2 Non vos ducit laudis amor nec gloria; non honos mulcet mentem ebriam, nec vos rapit in crimina. 3.

Sur le Carnaval.

Corripiunt quotannis cives deliria, reditque certo tempore stultitia agitans impetu præcordia. Cum primum sacros labores referens, tempus approperat quo numero iratum flectere parat religio, et cunctos ad jejunia vocat, antequam incipiat quisque se piis muneribus permittere, mos est prius ludos exercere, et passim choreis indulgere, et in noctem ducere convivia, ferrique larvato vultu per compita.

Vicus ad extremam urbem protenditur, Antonii de nomine dictus, arcique proximus quæ clausos tenet nocentes regis prudentia. Illuc a populo concurritur, ruunt juvenesque virique, fœmineumque genus, nullo discrimine, at quo dum rapitur turbam spectaculum dixisse pudet: spectra figuris horrida, simulachra immania, scurrile omnino genus, et juvenes de plebe impositi plaustris aut curru ad culmen pleno, quem trahit ægre duplex quadrupedum cadaver, olli per medios inhoneste feruntur, currumque regit ebrietas et incuria; prætereuntes lacessunt linguâ vomantque convicia.

Ad Agnos. Verum nos percellant honores fulgore et trahit gloria curru captivos. 2v. Heu! nos fatigat ambitio et nusquam permittit quiescere? 2v. Quin cernamus cuncta felicem habere exitum per caedes et ruinas? 2v. Ac sicut mare, in magna procella, nunc fluctus volvit ad tellus, nunc redit ad se, et recolligit undas 3v. Sic variis libidinibus nostra nunc animus fervens agitatur ira, nunc tactus curis opprimitur 3v. Mori cupido hominum pectus turbat illecebris, et suadet hominum abrumpere navibus procellas odire, cibos et pictas vestes altra mare comparare. 4v.

Scute. Si quis forsan agnus erret in campis, en subito latratu huic instat canis et reducit ad pastum illum. Nos vitium pellit derecta via; tunc neque clamor neque verba terrent, et pectus nulla trepidat formidine. 6v. Quam beatos prae reliquis vos fecit Natura, cum suis muneribus vos cumulavit nec permisit vobis posse corrumpere sua munera! 3v. At nusquam arridet nobis vera delectatio; Omne gaudium vitiatur veneno, et vita ipsa est perpetuus dolor. 3v.

Infans Naufragus in demersi patris cadaver insilit et ab undis servatur.

Quid aspicio per undas aestuosas, dum navis est immersa mari? 2 En naufragus infans insilit in brachia protensa patris immersi; hujus complectitur membra, et dat oscula gelidae fronti, et lacrymis a parente extincto vitam iterum poscit. 5 O venti, parcite, cohibete iras! Et tu Deus, precor, infantis miseresce; fac, te duce, possit portum petere. 2 Audior: Corpus, mirantibus undis, revehit incolumem infantem; 2 bisque senex gignit, semel in terris semel in undis!

Carmen Pastorale

Circis. — Quid o Melibaee, sedes tristis sub arboris umbra? hic locus postulat alium vultum, cuncta laetitiam invitant et arrident. Sed o pastor quo abiere oves et capellae? forsitan in montibus ignotis pascunt errantes, dum hic suspiras et flendo tempus consumis. 6v.

Melibaeus. — Nosti quondam meas curas et labores, Circi, scis nullum fuisse Arcadiae colonum pecoris amantiorem. Sed cura gregis pristina me reliquit o Circi. 4v.

Carmen Pastorale. Melibaeus.

Non amo rura nec curo peculium. Pendeat, dixi, ypinu mea fistula, nam neque ipsa neque cantus mihi cordi sunt.[3] Propior cura me habet. Pan deus Arcadiae solus deorum lenissimus, cui et oves et ovium pastores sunt curae, occubuit. Per rura ibat fama, et anima defecit Arcades.[4] Ipsa etiam arbor, quam cernis, monstrat meum luctum, qui incisus crescet cum cortice.[2]

Circis.

Quid refers, Melibaeae, deum Pana mortuum esse quem immortalem futurum spes erat et cujus aris toties sacrificavimus.[3]

Carmen Pastorale. Circis.

Sinite. Mira dicis: Sed sunt praesagia casibus similibus. Et quercus nostrae impendent sylvae, arbor alta, quae una instar nemoris est, quae solet Regina sylvarum appellari;[5v] huc, dum capellae pascunt, pastor saepe se ferebat, hic canebat et frigus captabat.[3v] hanc, cum ducebam unas capellas mane ad pascua, nemore stante placido, omine sinistro quercum vidi procumbere fulmine tractam.[3v] Dryades doluere casum; non procul notabam philomelam mutare cantum dulcem in murmur turturis.[3v] obstupui et modulatus calamo nescio quid laetum tento depellere querelas.[2v] Illa indulget suo maerori nec cessat gemere ab ulmo.[2v]

Carmen pastorale. Sinite.

Melibaeus.

Sed quid haec refers? Sensit natura mortuum esse Pana et visa est dare signum luctus. Languent omnes agri, fleveruntque oves, et Leones atque Ursi, Pauli infestissimi.[5] flevit Echo, fleverunt cuncti Arcades, atque vocant crudeles deos et sydera.[2]

Circis.

Non immerito lenissimus numinum fuit, agricolis semper fuit cus, nec non totus amor pax et clementia.[3] Pan protegebat rura, lupos arcens ovilibus, tuebaturque Cedros et Myricas. Dedit et aestates et brumas faciles, pastores ditans oribus et messibus.[3] Lugete pastores, sit multus dolor, spargite solum foliis, Arcadica juventus procedat tristis, planctus omnem sylvam pervadat; haec fieri sibi meruit divinus pastor.[4]

Daphnis

Sed cur indulgendum est ita tanto mœrori? Nam creditis Pana totum esse mortuum? Vivit, et miram Olympum mixtus est Divis: hinc suos agros bonus prospectat, nostro jam luctu et cantu major.[5] Ipse ego vidi (Liceat memorare vobis quod vidi) cum heri Luna splendebat, magnum tractum Olympi subito candidum fuit.[3] Mirabar quæ pararet cœli aspectus, cum extemplo Pana volitantem per aera radiis et lumine insignem vidimus.[3] Erat Triumphans, diis comitantibus: Cuncti Pana cecinere, ovatione cœlum inclaruit.[2]

166

Varia Imperatoris munera in armis milites exercentis.

Dux milites signo vocat: concurrunt, emicant impatientes ætii et corripiunt arma; Inter lituorum et tubarum sonitus sub solis radiis et in plana valla heros ipse animos informat, et doceus durum opus discit, et succendit pugnæ studium.[6] Nunc planitie agmen decurrere, nunc stare aut incedere glomeratum; nunc equitatum ire æqualibus spatiis, aut sinuare flexus, solove exultare et subito se obvertere jubet: mox nudo ense simulare repente iras pugnantium, et tubulis mortem immittere fictam.[7] Inde jubet locum fossis munire et vallo cingere instar castrorum, castris dare excubias, et solo noctem vigilem traducere, aut humi paululum sommare.[4] = 17.

Sua est vitæ privatæ jucunditas.

Quid fumo pasceris? quid divitias, tumultus urbis et clamorem vulgi miraris?[3] Sæpe splendidior fortuna decedit fastu, amat vices, et privatæ conditionis lætitiam: Juvat accumbere mensæ sinceræ et mundæ sub humili tecto, ubi dapes venenatæ non sollicitant stomachum; nulla aulæa pandunt figuras superbas;[7] At ubi simplicitas et inempta convivia, pax, fides et secura voluptas depellunt sollicitudinem.[3]

Rosa

Ubi primo vere germinat Rosa nondum egressa cunis dormit in umbra vel dormire videtur.[3v.] Attamen jam nata est ad imperandum. Zephyri volitant circum, leniterque ventilant, et lacrymas abstergunt.[3v.] At interea illi occulte natura sensim vires atque alimentum suppeditat.[2v.] Nunc purpuram aspergit foliis et candido colore temperat flammas; nunc caput auro perlinit et crines cingit corona.[3v.] Nec mora vix tertia aurora surgit, omnes flores ullam insignem solio et armis admirantes gaudent, et sponte Reginam flexo capite colunt.

Arcus cælestis

Non temnis arcus per cælum apparet: certe vox est numinis, nec
vana; non illa quo fremens et tonans arcus celo severet. 4
sed scripta inter nebulas quas opacat humor et imbuit ardor solis. 3
Multa mortales monet arcus: majorum salus et dei iram atque
paum tentatur. 4 Ettamen dum hæc data monita, ut moneris placet
oculis et animis! Ut diversi colores dulce splendent! Purpura
dilutior, limes aureus vivet; et discrimine recreat oculos. 5.

Materie de Vers hexamètres et Pentamètres.

Vapor est gloria victorum

Gloria nulla est diuturna hominibus, nec ulla victoribus. 2 Aut
natura finem dabit victoriæ, aut fortuna mutabit conditionem. 2 Victorum
gloria est vapor qui ignescit, mox vapore exhausto ignis cadit. 2
Vides ut nocte per æstatem ignis, velut sydus, cælo fluat æther. 2
Ut nunc fergat ad Zephyrum, nunc ad Eurum, et viam sequatur quam
aperit ardentibus. 2 Sic quoque Philippi filius ruit quò rapit
gloriæ cupido. 2 Nunc Lybiam, nunc Judæam invadit, et quem Cyrii
mane viderunt, terra vident vespere. 2 Nescit consistere, velut ignis,
heros: juvat late diffundere suum nomen. 2

Terræ motus.

Cellas vasta absterat; et exemplo oculis vorago abrupta, præcipua
vastitas, et ora reserans fauces (horrendum visu) penetrabat ad Tartara
noctem et sedes averni, et diem intuebatur. Cælo que tenebræ resudabant. 2v.
Stupefacti subitò nati et parentes; tum tremor concussit membra, pavor artus
per artus cucurrit. 3v. Nec jam stare gradibus aut tumulis audent: late
Pandi et labare solum, collem ipsi subsidere in Tartara et mergi
sub tenebris videntur. 4v. Jam trepidanter et subita fuga cupientes
redire fallit conatus, genua negant; gelidi fibris et membris nulla
vires, nec vox sonat. 4v. Ac velut si quando in somnis, e populo
aut à ripâ horremus casum, calor refugit corpore, vox et artus cadunt,
non vocem sonant verba, sopor et tumor attingit membra: 3v. Sic
attoniti impleant gradus tardos, nec vias tollit cunctis fugamque
spectantes, prorsusque ultima reformidantes. 3v.

Ruricolæ felicitas.

O felicem ruricolam! quanta quies, quam tranquilla quies tenet hunc!
ut gaudia et lætitiam foveat toto animo! Nempe sine odio et fraude,
sine ambitione, sine metu, spe et culpâ, dives naturo cultu
et opibus agrestibus, sibi vivit, nullis subtentibus, et suæ
pendet à voluntate; sum est censor, et calcat diritias animo,
ac regum vidit dignitates. 3

Vitæ Rusticæ laudes.

Plurima voluptatum genera rus tibi præbet; non alio loco poteris habere plus sanitatis. 2v. Nunc captabis piscem, nunc fallis avem. 2v. Nunc à jugo excelso spectabis errare pecudes; nunc sylvis et antris succedis. 2v. Nusquam commodius vivere quam in agris: illa vita potest decere numina. 2v. O fortunatos, quibus illa delectatio contigit! optem sic posse vivere. 2v.

De Justi felicitate.

Felix quem de viâ veritatis non flexit sceleris tabes! Non secutus est iter erroris judex ve nocentibus favens aurem dedit perjurio; sed tenet vitæ melioris viam et mente divinas leges nocte atque die reputat. Ille, veluti arbor consita in ripâ riguâ, erit: quam non exurit sirius nec delet hyems; sed læto pro ventu ruricolam reddit beatum, nec ludit vanâ spe dominum. 11v. Non sic gens ignara legis divinæ et cœli contemptrix; sed rapta turbine repentino erit ut pulvis quem ventus torquet. Ergò ubi in nubibus judicium dicet Deus et orbem arguet sceleris; impietas non audebit ora attollere nec sese adjungere turbæ justorum. Nam Deus cognoscit iter insontis et tenet sensum: ac impietas quæ erit secuta laudis viam peribit. 22v.

Vindemia

Ubi primum vitis ostendit uvas, satyri mirantur frondes et fructus Bacchi. Tunc Deus ait: satyri, colligite fructus; Queri, calcate racemos. Vix ea dixerat, colligunt uvas, et ferunt calathis et properant illidere pedibus. Vindemia fervida est in doliis; racemi pedibus rumpuntur; et pectus spargitur musto. Tum satyri corripiunt sibi quisque poculum; quod fortuitò datur, hoc utuntur. 11

De hederâ.

Videtis ut inter gramina hedera adhuc tenera et sylvis recondita lentè serpat humi? Si quercus solida, alta et ingens et ramos extollens ad cœlum, aut antiqua laurus occurrat. 5v. tum fibris et morsu tortilis sensim subrepit et latè sese effundens, excelsa petit. Non hyems, non venti evellunt, nec arbos rejicit. 4v. Verum quamvis una superet nemus, amplexus excipit brachia que astringi gaudet et florere corymbis; et extollit secum ad auras frondes anteà contemptas. 4v.

Fulmen

Si quando Deus fulmen mittit in hominum genus; prius in obscuritate ludit fulguribus et cœlum circumvolat flamma: mox per viam rutilantem et spatia splendida ruit repentino impetu fulmen: Attamen splendor non minuit vim, nec vanum murmur edit; gentes longè tremunt, sylvæ fumant, saxa dissultant. 10v.

Quid querimur, ô Dii, effœtas naturæ vires mundique senectutem? Reparans damna ars nobis præbet oculos et meliora lumina; et sine dolo Promethei, rapit ignes de fornicibus cœli.[5] Nempe, ô Galilæe, tibi debemus hac decus, cœlestes domos aperire, astrorumque vices sedesque superorum, et scrutari naturæ secreta.[4] En totus Atlas miratus quis nuncius sydereus rimetur illic arcana cœli, et post Pallenæos triumphos audax affectet polum et terras inferat iterum tonanti.[4]

Sunte. Interea Jupiter securus occupet Olympum, dum crebris satellitibus undique stipatum se videt, et simul omnia numina triumphare nobiliore coronâ.[4] Scilicet majestas major videtur addita illi; ipse sublimior solio stupet augeri fulmina dextrâ et sceptrum sinistrâ: Pallas consurgit sævius, et Orion major terret nova astra, Venus jam despicit Oceanum, et se juvat cerni totam speculo meliore, et agnoscit formam in maculis et nævis.[8] Sic tellus illustrat cœlum dum cavus Cylindrus tollit ad polum homines et miscet numinibus.[2]

Vita hominis via. Hexam. et Pent.

Ut in viâ, sic in vitâ sunt multi labores: dulce amaro, bonum malo est mixtum.[2] Ire, redire, stare et cadere, esse, non esse, hæ sunt humanæ conditionis vices.[2] Mens inconstans, dolosa fortuna, fragiles naturæ vires.[2] Quod decus immaculatum?[2] Divitias ~~cura~~, sollicitudo, invidia honorem, pœna gaudia comitatur: Cethifera est Venus.[2] Rapimur tamen his votis: error trahit; quisque amat per ambages blandam semitam.[2] Dum fugis, laborem invenies: dolor est vel dolus. In vitâ nihil quietis.[2]

Poëtæ officium

Præcipuum atque potissimum est poetæ officium cognoscere quid in rebus naturâ creaverit pulchrius ad artem, idque juxta modum et mentem veterum, sine quibus barbaries cæca pulchrum negligit, insultans ignotæ arti.[5] Attamen pulchra quæ decent non dabit omnia qualiacumque casus, aut etiam veris simillima. Nam quâcunque ratione servili non satis est naturam ad vivum exprimere; verum, ut arbiter artis, poëta eliget ex illâ quæ sunt tantum pulcherrima; et ipse corriget quod minus pulchram aut quod mendosum, veneres fugitivas captando.

Felix Agricola. — Hex. et Pent.

Fortunatus qui coleas paternum agellum vivit sub parvo tecto? Ille cantat exiguâ casâ, quâ vagitus et questus ediditur? Non fluctus, non maria terrent: nec sonum classici pavet? Aratro bellum gerit; et domitis arvis, cum messis cadit, ducit suos triumphos? Fruges ostentat trophaea, et cogit agros subire jugum? Sperint lites fori; nec judicis minas nec vindicis gladium reformidat?

Suite. Non quærit populi fasces nec dignitates et fugit luxum aulicum? Casa est ipsi palatium et unus agit sibi partes plebis et regis? Jubet et paret; O fortunatam Respublica! hic non locus est, o Tyranne, tuo ferro? Non incedit comitantibus satellitibus; et domûs nulla porta habet seras? Quoties libet, deambulat in horto ~~[illegible]~~ et carpit fructus ex arbore consitâ suâ manu? Inde rediens exspatiatur per prata, et oculis metitur pascua?

Horatius mortem filii deprecans.

Ô cives, quænam cupido vindictæ vos rapit? Ô Romani nunquam memores, ô semper injusti, Estne ista merces debita mihi et nato? Num dignus est talibus lauris pro meritis? Quid te juvat, ô fili, multis periculis nuper fudisse copias? Quid nuper patriam liberasse jugo, si hæc sors manebat? Quin potius, cum magnum nomen parabatur morte inclytâ, fuisti tertia victima Romæ? O fratres multò feliciores periisse gladio hostium et terram tinxisse sanguine! hûc ergò pugnæ decus cecidit! hûc pater infelix traxi longos annos ut filii viderem crudelem exitum! Ah! ne vos pudeat, adjungite me filio. — 15 vers. —

Ad Apollinem.

Salve, ô tu mortalium requies deorumque gaudium, quisquis es ille (profectò Deus) qui incolis animos poetarum et rapis ad cœlum mentes! Sine te nihil quidquam nobis lætum et amabile. Volucres etiam ipsæ cantibus tuum ~~tuum~~ numen testantur, et feræ piscesque ad tuos jussus properè accedunt. Tua dona rupes movent et sylvas trahunt. Te quoque sensit Tartarus, et umbræ stupuerunt: Tibi cerberus minas et furiæ iras posuerunt. Per te Jovis mensæ adsumus. Tu nos Diis reddis pares; tu suppeditas solamen laborum et vitæ. 14.

De variis hominum studiis.

Varia studia non impellunt ad varias artes. hic gaudet rate mari scindere, et procul a natali solo longinquas regiones visere; ille forum laudat; hic militiam sequitur et gaudet aspicere campos cruentatos et recreatur sonitu litui; ille non linquens agri fines arat terram et fruges committit sulcis. Me juvat et Musæ et Lauri, et dum sol lustrat terras, et dum se condit Oceano, sum addictus musis operique intentus. — 14 —.

De pueris instituendis.

Ille cui commissa fuit cura pueri excolendi artibus egregiis, præcipue cupiat diligi atque vitet ante omnia odium alumni. Ne forte hic oderit simul Musas et deficiant animi in studiorum principio, ponite, Magistri, iras et flagra, triste officium et minis acerbis absistite. Ne quis mihi, quæso, cogat puerum verbera pati; neque enim Camænæ possunt ferre lacrymas et gemitus alumni, et ægræ recedunt; et illius animi cadunt, nec jam audet ultro quidquam egregium et laborem invitus trahit ægre, et animo ad verbera duratur — 13 —

Serenitas Maris.

Quanta voluptas ambulare per littus, cum æquor tumidum incipit sterni et procellæ deferbuerunt cum fugere nubes et venti! Interea pontus est velut speculum quo statim videas altera astra verti et alterum cœlum ostendi, ubi Phœbus, miratus suam pulchritudinem, sic intet ut paululum dubius tecum inquiras solne sit ille an imago solis. — 10. —

De Verno tempore.

Omnia intent verno tempore; Tunc est nova ætas anni; et novæ gemmæ turgent palmite? Et modo vitibus ornantur arbores, et herba seminis surgit: et auras mulcent concentu volucres; luduntur in pascuis et luxuriant pecora? Tunc dies jucundi; prodeunt et fingunt indos hirundines? Tunc coluntur agri et proscinduntur aratro; hæc anni novitas merito dicta est. —

De Laocoontis Statuâ.

Artis divinæ opus, belli trophæum, alto terræ è tumulo et veteri ruinâ jampridem receptum quo diù exornata fulserunt Summorum pontificum atria, nunc in suo Musæo positum Gallia miratur. Stat circùm obstupens civium turba; tuentur indefessis oculis artifices, et antiquum laborem æquare desperant.

Quid primum aut ultimum loquar? Parentemne an natos? An serpentes, sinuatos flexibus, caudasque et iras terribiles? Vulneraque et veros dolores? Vix oculi possunt ferre tam crudele exitium; ambo micant angues, totumque Laocoonta implicant, et rabido morsu ilia lacerant. Nec minus in filios vis eadem fuerit; jamque unius pectus deposta clamantis, multiplici orbe circumdat; Alter nullo adhuc vulnere violatus, dum tendit Draconis caudam avellere, horret aspectu genitoris, et in illo hæreus retinet lacrymas, timore suspensus.

O vos, eximii artifices, qui tantum statuistis opus, vos æternâ nitentes laude clara Rhodos extulit; jam Græcia vetus, jam Roma vos meritis decoravit honoribus; nunc inclyta colit Gallia, vestraque nomina semper florebunt. Quantò præstat igitur ingenio aut labore quam opibus et inanu luxu præcellere!

Matière de Vers du Concours.

Mors Empedoclis.

Dum fumum et flammas vomit, scopulosque ad aëra rotat Ætna, et suis visceribus nutrit incendia, dum terra undique tremefacta circumfremit, Empedocles petit montis fastigium. Non tremit, tremente terrâ; quæ causa succutiat cavernas, cur antrum tonet, cur fornax gremio spiret favillas, secum cogitat meditans; quin etiam caminos vult propius invisere; jam tangit jugum; naturæ

mysteria parat cupido visu perscrutari. Sed nihil videns, nisi se non posse semper renascentis caloris causam penetrare, indignatur, ardet ipse. Demum his vocibus æstum pectoris testatur: Ætna, Cape me, cum mens mea, inquit, te capere nesciat, et in ignes se conjicit.

174

1781

avril

DABOT

475